D τὰς προρρήσεις ἐπεποίητο. ἦν δ' ἄρα καὶ τοῦτο μαντικὸν μὲν οὐδαμῶς, ἀλλὰ τέχνη τις Ἀλεξανδρέως λογική. ὁρῶν δὲ ὁ αὐτοκράτωρ τὴν νεότητα συρρέουσαν ἐπ' αὐτὸν καὶ ὥσπερ τινὰ προφήτην τὸν ἄνδρα λογιζομένην, δὶς καὶ αὐτὸς τοῦτον ἐπηρωτήκει, καὶ τοσαυτάκις καὶ ὁ Ἀλεξανδρεὺς εὐστοχήκει τῆς ἐπερωτήσεως· δειλιάσας δὲ ἵνα μὴ πολλῶν βλάβη γένηται, καὶ πρὸς τὴν ματαιότητα τῆς ἀστρολογίας ἀποκλίνωσιν ἅπαντες, κατὰ τὴν Ῥαιδεστὸν τούτῳ τὰς διατριβὰς ἀφώρισε,
P. 165 τῆς πόλεως ἀπελάσας, πολλὴν τὴν περὶ αὐτὸν προμήθειαν ἐνδειξάμενος, ὥστε δαψιλῶς αὐτῷ τὰ πρὸς χρῆσιν ἐκ τῶν βασιλικῶν ταμιείων ἐπιχορηγεῖσθαι. ναὶ μὴν καὶ ὁ διαλεκτικώτατος Ἐλευθέριος, Αἰγύπτιος καὶ οὗτος ἀνήρ, τὰ τῆς ἐπιστήμης ταύτης πρεσβεύων, εἰς ἄκρον ἤλαυνεν εὐφυΐας, μηδενὶ μηδαμῶς τῶν πρωτείων παραχωρῶν. ἐν ὑστέροις δὲ καὶ ὁ
V. 132 καλούμενος Καταναγκης Ἀθήνηθεν εἰς τὴν μεγαλόπολιν κα-

4. ἐξήνθει A. 8. μαντικὸν A, μαγικὸν PG. 9. Ἀλεξανδρέων CAG. 10. νεώτητα P. 11. λογιζομένην A, λογιζόμενοι PG. 12. ἐπερωτήκει P, ἐπηρωτήκει G, ἐπηρώτησε A. καὶ alterum om. AG. ἠστοχήκει A. 14. τὴν om. A. 16. αὐτοῦ CG. ἐπιδειξάμενος G. 18. καὶ μὴν A. 19. αὐτὸς A. 22. κατανᾶς A. καταλαβὼν : παρελθὼν A.

astrologiam animo esset. neque tamen propterea inopia tum temporis erat astrologorum; sed et Seth ille, cuius modo meminimus, eo tempore floruit, et Aegyptius ille Alexandrinus multus fuit in pandendis astrologiae mysteriis. qui etiam a multis interrogatus, accuratissime futura praedixit; interdum ne astrolabio quidem usus, ex calculorum quodam iactu vaticinabatur. erat autem ne ista quidem divinatio, sed ars quaedam Alexandrini. ad quem cum imperator iuventutem confluere cerneret et quasi prophetae honore eum habere, bis et ipse consuluit hominem, et toties recte Alexandrinus consulenti respondit. veritus tamen imperator, ne multis inde damnum existeret et ad hanc astrologiae vanitatem omnes inclinarent, Raedestum in exilium eum misit, ceterum diligenter prospexit, ut quae ad victum pertinerent, largiter ex aerario regio darentur. etiam Eleutherius, in dialectica versatissimus, patria itidem Aegyptius, istam artem tenebat et ad tantam in eo genere excellentiam

ταλαβών, τὰ πρωτεῖα τῶν πρὸ αὐτοῦ φιλονεικῶν φέρειν, ἐπε-
ρωτηθεὶς παρά τινων περὶ τοῦ αὐτοκράτορος, πότε τεθνή- B
ξοιτο, καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ προκαταγγείλας, ὡς ᾤετο,
ἐψεύσθη τοῦ στοχασμοῦ. συνέβη δὲ τηνικαῦτα τὸν θῆρα λέ-
οντα ἐν τοῖς βασιλείοις διαιτώμενον ἐπὶ τέσσαρσιν ἡμέραις
πυρέξαντα τὴν ψυχὴν ἐξερεύξασθαι· εἰς ὃ τοῖς πολλοῖς ἔδο-
ξεν ἡ τοῦ Κατανάγκη πρόρρησις τελευτῆσαι. καιροῦ δὲ πα-
ρερρυηκότος ἱκανοῦ, αὖθις τὸν τοῦ αὐτοκράτορος θάνατον
προὐμαντεύσατο καὶ διεψεύσθη· ἐτεθνήκει δ' ὅμως ἡ βασι-
λὶς Ἄννα καὶ μήτηρ αὐτοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἣν ὁ
Κατανάγκης προεῖπεν. ὁ δὲ βασιλεύς, ἐπεὶ ποσάκις περὶ αὐ- C
τοῦ προμαντευσάμενος, τοσαυτάκις διήμαρτε, τῆς πόλεως
τοῦτον μεταστῆσαι οὐκ ἤθελεν αὐτέλεγκτον γενόμενον, ἅμα δὲ
καὶ ἵνα μὴ δι' ἐμπάθειαν δόξῃ τοῦτον ἐκεῖθεν ἀπελαύνειν.
ἀλλ' ἡμεῖς γε ἐντεῦθεν πάλιν ὅθεν ἐξεληλύθειμεν ἀναστρέψω-
μεν, ἵνα μὴ δοκοίημεν μετεωρολέσχοι τινὲς καὶ ἐξ ἀστρολο-
γίας ὀνόμασι τὸ σῶμα τῆς ἱστορίας καταζοφοῦντες. ὁ δέ γε
Ῥομπέρτος, ὡς λόγος ἐκράτει καί τινες ἔλεγον, ἡγεμὼν ἐξαί-
ρετος γέγονεν, ἀγχίνους, εὐπρεπὴς τὴν ὄψιν, ἀστεῖος ἐν λό-

1. ἐρωτηθεὶς G. 2. τινος A. 4. τὸν λέοντα A. 5. ἡμέραις A, ἡμέρας PG. 7. καταναῖ A, Καταναγγου PG, Κατανάγκη C. 9. προὐμαντεύετο A. ὁμῶς G. 11. καταναῖς A, καταναγγης PG. correxi. ποσάκις A, πολλάκις PG. 13. ἀντελέγητον P, recte CAG. 14. καὶ om. A. ἐκεῖθεν om. A. 15. ἐντεῦθεν om. A. ἐξεληλύθημεν P, ἐξεληλύθωμεν G, ἐξεληλύθειμεν A. ἀναστρέψαμεν P. 16. μετεωρολέσχαι G. 17. κατατοφοῦντες P, recte CG.

pervenerat, ut nemini omnino palmam concederet. postea Catananges quidam nomine, Athenis Cpolin profectus, qui omnibus ante se genethliacis praestare studebat, cum interrogatus a quibusdam, quandonam imperator moriturus esset, obitum eius praedixisset, ut sibi videbatur, a vero aberravit. contigit autem, ut eo tempore leo, qui in palatio alebatur, postquam quatuor dies febre laboravit, animam efflaret: quo Catanangae vaticinium spectare plerisque visum est. tempore satis magno praeterito, iterum imperatoris mortem praedixit; nec minus falsus est. obiit tamen Anna augusta, illius mater, eo die, quem Catananges praedixerat. imperator autem, cum quoties ille de se vaticinaretur, toties falsus esset, urbe eum pellere noluit, quoniam semet ipse convincebat, simul ne ira eum hinc eiicere videretur. sed nos iam redeamus, unde profecti sumus, ne de coelestibus rebus nugari videamur et quaesitis ex astrologia nominibus historiae corpori caliginem offundere. Robertus igitur, ut fama erat et nonnulli dicebant, dux belli eximius fuit; sollers, decora facie, ur-

γοις, ὀξὺς μὲν εἰπεῖν, φωνὴ δ' αὐτοῦ μεγάλη, εὐπρόσιτος, D εὐμεγέθης τὸ σῶμα, σύμμετρον τὴν κόμην ἔχων ἀεὶ τῇ κεφαλῇ, βαθυπώγων, σπεύδων ἀεὶ τὰ ἔθη τοῦ οἰκείου γένους τηρεῖν, τὸ τοῦ προσώπου ἄνθος καὶ τοῦ ὅλου σώματος μέχρι τέλους σώζων, καὶ τούτοις ἐπιγαννύμενος, δι' ἅπερ ἄξιον τυραννίδος τὸ εἶδος αὐτοῦ ἐνομίζετο, πάντας τοὺς ὑπ' αὐτὸν τιμῆς ἀξιῶν καὶ πλείονος μᾶλλον τοὺς εὐνοϊκωτέρως πρὸς αὐτὸν διατιθεμένους. φειδωλότατος δὲ ἦν καὶ φιλοχρυσώτατος, P. 166 ἐμπορικώτατος καὶ φιλοκτεανώτατος, καὶ ἐπὶ τούτοις φιλοδοξότατος· ὑφ' ὧν πάντων ἡττώμενος, πολλὴν τὴν μέμψιν πάντων ἐπεσπάσατο. κακίζουσι δέ τινες τὸν αὐτοκράτορα ὡς μικροψυχήσαντα καὶ τὸν μετ' αὐτοῦ πόλεμον τότε προαρπάσαντα. εἰ μὴ γὰρ πρὸ τοῦ προσήκοντος καιροῦ τοῦτον ἀνεζήτησεν, ὥς φασιν, ἄλλως ἂν ῥᾳδίως κατίσχυσεν αὐτοῦ βαλλομένου ἁπανταχόθεν παρά τε τῶν καλουμένων Ἀρβανιτῶν παρά τε τῶν ἀπὸ Δαλματίας παρὰ τοῦ Βοδίνου πεμπομένων. ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν οἱ μωμοσκόποι ἔξω βελῶν ἱστάμενοι καὶ κατὰ τῶν ἀγωνιζομένων πικροὺς οἰστοὺς διὰ γλώττης πέμποντες. B τὸ γὰρ τοῦ Ῥομπέρτου ἀνδρεῖον καὶ περὶ τὰ πολεμικὰ περιδέξιον καὶ τὸ τοῦ φρονήματος ἑδραῖον πάντες ἴσασι· καὶ γὰρ οὐ τῶν ῥᾳδίως, ἀλλὰ καὶ τῶν λίαν δυσκόλως καταγωνι-

2. εὐμεγεθέστατος CG, εὐμεγέθης FP. 3. ἀεὶ : lege ἀμφί. ἤθη G. 5. διόπερ G. 8. ante δὲ add. P τε, om. G. lege φιλοχρυσότατος. 11. ἐσπάσατο CG. 14. κατήσχυσεν P, recte G. 15. ὀρβανιτῶν G. 21. τῶν ῥ. G, τοῦ P.

banus in sermone, citata voce, sed plena eadem ac magna, aditu facillimo, procera corporis forma, capillo aequaliter circum caput promisso, barba longa, religiosus in servandis patriae moribus; faciei atque totius corporis decor ad finem usque idem, ipse iis corporis virtutibus gestiens, propter quas dignus imperio habebatur; omnibus quidem subditis honorem tribuens, praecipue autem, quorum propensam erga se voluntatem perspexerat. idem parcissimus erat et avarissimus ac quaestus faciendi congerendarumque opum quam maxime studiosus; ad haec etiam gloriae avidissimus. quibus cupiditatibus omnibus cum serviret, in magnam omnium reprehensionem incurrit. vituperant autem quidam imperatorem ut hominem exigui consilii, quod aggredi eum praefestinarit. nisi enim ante opportunum tempus adortus esset, facile aiunt superiorem eum discessurum fuisse, prementibus undique et Albanitis qui vocantur et Dalmatis a Bodino missis. at talia censores, qui extra teli iactum stant et in pugnantes acerbissima obtrectationum tela mittunt. nam Roberti virtutem et in rebus bellicis dexteritatem et animi constantiam omnes norunt. nec

ζομένων ἦν ὁ ἀνήρ, ἐν ταῖς ἥτταις μᾶλλον θαρραλεώτερος φαινόμενος.

8. Ὁ δὲ βασιλεὺς μετὰ τῶν αὐτομολησάντων πρὸς αὐτὸν τοῦ κόμητος Βρυεννίου Λατίνων, τροπαιοφόρος νικητὴς πρὸς τὴν μεγαλόπολιν ἐπαναζεύγνυσιν, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, πρώτην ἄγοντος τοῦ Δεκεμβρίου μηνός, ἑβδόμης ἐπινεμήσεως, τὴν βασιλίδα κατὰ τὸ ἀφωρισμένον πάλαι ταῖς τικτούσαις τῶν V. 133
βασιλίδων οἴκημα ἐπὶ ταῖς ὠδῖσιν εὑρηκώς· πορφύραν δὲ C
τοῦτο οἱ ἀνέκαθεν ὀνομάζουσιν, ἐξ οὗ καὶ τὸ τῶν πορφυρογεννήτων ὄνομα εἰς τὴν οἰκουμένην διέδραμεν. κατὰ δὲ τὸ περίορθρον (σάββατον δὲ ἦν) τίκτεται τούτοις παιδίον θῆλυ ἐμφερές, ὡς ἔλεγον, κατὰ πάντα τῷ πατρί· ἐγὼ δὲ ἦν ἄρα τοῦτο. καὶ ὥς γε τῆς βασιλίδος καὶ μητέρος ἔν τισι καιροῖς διηγουμένης ἤκουον, ὅτι πρὸ τρίτης ἡμέρας τῆς τοῦ βασιλέως εἰς τὰ ἀνάκτορα εἰσελεύσεως, (ἐπανῄει γὰρ ἤδη ἀπὸ τῆς τοῦ Ῥομπέρτου μάχης καὶ τῶν πολλῶν ἐκείνων πολέμων καὶ κόπων,) ταῖς ὠδῖσι συνεχομένη, σταυροῦ τύπον τῇ γαστρὶ ἐνσημήνασα ἔφη "μεῖνον ἔτι παιδίον τὴν τοῦ πατρὸς ἄφιξιν." πολλὰ δὲ αὐτήν, ὡς ἔλεγεν, ἡ πρωτοβεστιαρία καὶ μήτηρ D
αὐτῆς καταμεμψαμένη ἔφη μετ' ὀργῆς "εἰ δὲ μετὰ μῆνα ἐλεύσεται, οἶδας; καὶ πῶς αὐτὴ τοσαύταις ὀδύναις ἐγκαρτε-

3. πρὸς αὐτὸν Λατίνων, καὶ τοῦ κόμητος Βρυεννίου, τροπαιοφόρος PAG, alterum FC. 5. πρὸς τὴν μεγαλόπολιν F et in margine P., εἰς τὴν βασιλεύουσαν PAG. ἐπανέζευξε A. 8. δὲ om. FA. 9. οἱ ἀνέκαθεν PG, οἱ om. A. 12. κατὰ om. G. δὲ ἄρα ἦν AG. 13. τὴν βασιλίδα καὶ μητέρα ἔ. τ. κ. διηγουμένην FA. 19. αὐτὴν om. A. 21. ὠδύναις PG, ὀδύναις CA. ἐγκαρτερήσεις AG.

facile, sed summa difficultate superandus erat, qui post acceptas clades etiam audacior exsurgeret.

8. Imperator una cum Latinis Bryennii comitis, qui in suas partes transierant, victor in urbem reversus, ut supra narratum est, calendis Decembribus indictionis septimae, imperatricem in ea aedium parte, quae olim augustarum puerperiis dicata est, parturientem invenit. eam autem porphyram veteres appellarunt, unde porphyrogenitorum nomen per universum orbem manavit. diluculum sabbati erat, cum ipsis nasceretur puella, prorsus, ut dicebant, patri similis. haec ego fui. ut imperatricem matrem meam narrantem quondam audivi, triduo ante imperatoris in palatium adventum, (iam enim revertebat ex bello cum Roberto gesto et multis istis pugnis sudoribusque,) cum illa partus dolores sentiret, cruce ventrem consignans, "mane, inquit, puer, et exspecta patris reditum." sed multum pro-

ρήσαις;" ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡ ἐκείνης μήτηρ· τὸ δέ γε τῆς βασιλίδος ἐπίταγμα πέρας εἰλήφει, ὅπερ κἂν τῇ γαστρὶ τὴν εἰς τὸ μέλλον πρὸς τοὺς γειναμένους εὔνοιαν ἀριδήλως ὑπεσημαίνετο. P. 167 καὶ γὰρ μετὰ ταῦτα εἰς ἡλικίαν ἐπιδεδωκυῖα καὶ ἀπολαβοῦσα τὸ φρονοῦν καθαρῶς, φιλομήτωρ κατὰ ταὐτὸν ἐγεγόνειν καὶ φιλοπάτωρ. καὶ μάρτυρες τοῦ τοιούτου ἤθους εἰσί μοι πολλοὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων, ἤδη δὲ καὶ πάντες, ὁπόσοι τἀμὰ γινώσκουσι, προσεπιμαρτυρούντων αὐτοῖς καὶ τῶν πολλῶν μου ὑπὲρ τῶν γονέων ἄθλων καὶ καμάτων καὶ τῶν κινδύνων ἐκείνων, εἰς οὓς ἐμαυτὴν διὰ τὸ πρὸς ἐκείνους φίλτρον ἐνέβαλον, ἀφειδήσασα μὲν καὶ τιμῆς καὶ χρημάτων καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς· οὕτω γάρ με τὸ πρὸς αὐτοὺς φίλτρον ἐξέκαεν, ὡς καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν δι' αὐτοὺς προέσθαι πολλάκις. B ἀλλὰ μήπω περὶ τούτων. ἀνατρεχέτω δ' αὖθις ὁ λόγος πρὸς τὰ ἐξ αὐτῆς μοι ξυμπεσόντα γενέσεως. πάντων γὰρ τῶν συνήθων ἐπὶ τοῖς νεογνοῖς τῶν βασιλέων παισὶ δαψιλέστερον τελεσθέντων, ὡς λέγεται, εὐφημιῶν δηλαδὴ καὶ δωρεῶν καὶ φιλοτιμημάτων παρεχομένων τοῖς λογάσι τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ στρατοῦ, πλέον ἤπερ ποτὲ ἔχαιρον, ἐσκίρτων, ἐπαιάνιζον ἅπαντες, καὶ μᾶλλον οἱ τῇ βασιλίδι καθ' αἷμα προσήκοντες οὐκ εἶχον ὑφ' ἡδονῆς ὅ τι καὶ γένοιντο. μετρη-

2. ἐπίταγμα om. A. εἴληφεν A. κἂν: ἐν G. 7. ἤδη: fortasse ἔτι. 11. μὲν καὶ ζωῆς καὶ τιμῆς καὶ χρημάτων G. 17. τελεσθέντα C. 19. ἤπερ F, εἴπερ PG. 21. ὅ, τι CG, οἵ τι P.

tovestiaria, eius mater, obiurgavit, ut narrabat, filiam, et cum stomacho "at, inquit, scisne, num post mensem venturus sit? et quomodo par eris tantis sustinendis doloribus?" haec mater eius. sed quod imperatrix iusserat, factum est: qua re vel in utero obsequium erga parentes meum in posterum satis aperte significabatur. nam ubi adolevi et sapere incepi, matris perinde patrisque amantissima facta sum. cuius rei testes mihi sunt multi mortalium, praecipue omnes, qui res meas norunt, accedentibus in testimonium multis, quos parentum causa subii, laboribus sudoribusque et periculis illis, in quae propter illorum amorem me immisi, neque honori, nec pecuniae, nec ipsi vitae parcens: adeo parentum amor me inflammabat, ut etiam in vitae discrimen eorum causa saepe me inferrem. sed nondum de his agendi tempus est: redeat oratio ad ea, quae primo, postquam nata sum, tempore mihi acciderunt. omnibus enim, quae solennia sunt in natalitiis imperatoriae prolis, impensius praestitis, acclamationibus videlicet et donis muneribusque, senatus et exercitus principibus dari solitis, magis quam unquam gestiebant ovabantque

τῶν δέ τινων παρελθουσῶν ἡμερῶν, στέφους κἀμὲ ἀξιοῦσιν οἱ γονεῖς καὶ βασιλικοῦ διαδήματος. ἐπεὶ δέ, Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ τοῦ προβεβασιλευκότος Μιχαὴλ τοῦ Δούκα, περὶ οὗ πολλάκις ὁ λόγος ἐμνήσθη, συμβασιλεύοντος ἔτι τῷ αὐτοκράτορι καὶ ἐμῷ πατρὶ κἀν ταῖς δωρεαῖς δι' ἐρυθρῶν συνυπο- C γράφοντος τούτῳ κἀν ταῖς προπομπαῖς μετὰ τιάρας αὐτῷ συνεφεπομένου κἀν ταῖς εὐφημίαις δευτέρου εὐφημουμένου, κἀγὼ εὐφημεῖσθαι ἔμελλον, Κωνσταντῖνον καὶ Ἄνναν ἐν ταυτῷ ἐξεφώνουν ἐν τοῖς τῆς εὐφημίας καιροῖς οἱ τῆς εὐφημίας προεξάρχοντες. καὶ τοῦτο δὴ μέχρι καιρῶν ἱκανῶν ἐτελεῖτο, ὥς γέ μοι τῶν συγγενῶν καὶ ἐμῶν γεννητόρων ἐν ὑστέροις πολλάκις διηγουμένων ἀκήκοα. προμάντευμα δὲ ἴσως τοῦτο τῶν ἐμοὶ ξυμπεσόντων ἦν εἴτε εὐτυχημάτων, εἴτε τοὔμπαλιν δυστυχημάτων. ἐπεὶ δὲ τοῖς βασιλεῦσι καὶ δεύτερον D ἐτέχθη θῆλυ, ἀναφέρον μὲν κατὰ τὴν ὄψιν εἰς τοὺς προγό- V. 134 νους, ἐμφαῖνον δὲ ἅμα καὶ τὴν ἐσύστερον ἐπιλάμπουσαν αὐτῷ ἀρετήν τε καὶ φρόνησιν, ἐπεπόθουν καὶ ἄρρεν τεκεῖν καὶ δι' εὐχῆς αὐτοῖς τοῦτ' ἦν. ἐπινεμήσεως οὖν ἑνδεκάτης τρεχούσης, τίκτεται τούτοις καὶ ἄρρεν. εὐθὺς οὖν οἱ μὲν γονεῖς ἐγεγήθεσαν, καὶ πένθους οὐκέτι ἴχνος αὐτοῖς ἐπιλέλειπτο, τῆς

4. συμβουλεύοντος G. 6. συνεπομένου FA. 7. δευτέραν C. 8. Κωνσταντίνου καὶ Ἄννης C. 11. ὥσπερ CG. 13. τοὔμπαλιν om. AG. 15. εἰς uncis inclusit Hoeschel. vid. annotat. 16. δ' ἅμα A. 17. τεκεῖν : ἰδεῖν A. 18. τοῦτο αὐτοῖς ἦν A.

omnes, maxime qui sanguine imperatrici iuncti erant, qui prae laetitia quid agerent nesciebant. diebus non ita multis interiectis, corona etiam me et regio diademate parentes ornant. Constantinus autem, filius Michaelis Ducae, antea imperatoris, cuius saepe mentionem fecimus, cum regni etiam tum consortium obtineret, et una cum imperatore patre meo donationibus rubramento subscriberet, et in pompis solennibus tiara indutus incederet, postremo in acclamationibus secundo loco nominaretur, quoniam etiam mei in acclamationibus mentio facienda erat, Constantinum et Annam simul pronuntiabant, qui acclamationes praeibant; id quod satis longo tempore observatum esse, e consanguineis postea parentibusque meis saepe audivi. erat autem fortasse hoc augurium eorum, quae mihi eventura erant aut prospera aut adversa. sed cum etiam altera imperatoribus filia esset nata, vultu referens parentes, apparentibus simul virtutis atque prudentiae vestigiis, quae postea in ea eluxere, desiderium eos incessit etiam virilis stirpis procreandae, idque in votis erat. iam indictione undecima etiam puer ipsis natus est. ingenti de ea re gaudio parentes affecti sunt, neque tristitiae ullum vestigium

σφῶν ἐπιθυμίας εἰς ἔργον προαχθείσης. τὸ δὲ ὑπήκοον ἅπαν P. 168 ἐσκίρτων, τοὺς κρατοῦντας οὕτω χαίροντας ὁρῶν, συνέχαιρον ἀλλήλοις, ἐγεγήθεσαν. καὶ ἦν ἰδεῖν τὰ βασίλεια χαρμονῆς ἀνάπλεω, καὶ πένθος οὐδαμοῦ, οὐδὲ ἑτέρας οἱασδηποτοῦν ἐννοίας, τῶν μὲν ἐκ μέσης θαλάμης καρδίας χαιρόντων ὁπόσοι εὔνοι, τῶν δὲ συσχηματιζομένων χαίρειν. ἔστι μὲν γὰρ τὸ ὑπήκοον ὡς ἐπίπαν δύσνουν τοῖς κρατοῦσιν, σχηματιζόμενον δὲ τὰ πολλὰ καὶ διὰ κολακείας ἐπισπώμενον τοὺς ὑπερέχοντας. ὅμως δ' οὖν κοινὴν ἦν ἰδεῖν τότε τὴν χαρμονὴν συνηδομένων ἁπάντων. τὸ δὲ παιδίον μέλαν ἦν τὴν χροιάν, μέτωπον τούτῳ εὐρύ, παρειαὶ ὑπόξηροι, ῥὶς οὔτε σιμή, οὔτε B κάμπτουσα πρὸς τὸ γρυπόν, ἀλλὰ μέση πως ἀμφοῖν· ὀφθαλμοὶ μελάντεροι καὶ τὸ ὑποκαθήμενον ἦθος ὀξύ, ὅσον ἐκ βρεφυλλίου σώματος εἰκάσαι, ἐμφαίνοντες. ἐθέλοντες τοιγαροῦν τουτὶ τὸ παιδίον εἰς τὴν αὐτοκράτορος περιωπὴν ἀναβιβάσαι καὶ κλῆρον οἷον αὐτῷ τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων καταλιπεῖν, εἰς τὴν τοῦ θεοῦ μεγάλην ἐκκλησίαν τοῦ θείου βαπτίσματος καὶ τοῦ στέφους αὐτὸ ἀξιοῦσιν. τοιαῦτα τοίνυν τὰ τοῖς πορφυρογεννήτοις ἡμῖν ἐξ αὐτῶν βαλβίδων τῆς ἡμῶν γενέσεως ξυμβάντα· τὰ δέ γε ἐσύστερον ξυμπεσόντα κατὰ τὸν προσήκοντα ῥηθήσεται τόπον.

1. προαχθήσης P. 2. οὕτω CF et in margine P, αὐτοῦ PG. 3. καὶ om. P, add. ACG. 11. οὔτε σιμή add. CAG. 13. ante ὀξύ add. καὶ PAG, om. C. ὅσον : οἷον G. βρεφυλίνου G. 19. γενέσεως C, γεννήσεως PG.

ipsis reliquum erat, quoniam optata eorum evaserant. populus autem omnis exsultabat, principesque tanto voluptate affectos cernens, eadem laetitia perfundebatur atque gestiebat. aulam gaudii plenam cerneres, nec usquam moeror aut alia ulla cogitatio erat, aliis ex intimo animo laetantibus, quotquot benevoli erant, aliis fingentibus laetitiam. nam sunt fere qui parent infesto in dominos animo, sed simulatione plerumque et assentando demereri student principes. nihilominus tamen communem tum cerneres laetitiam, similiter affectis omnibus. ceterum puerulus fusco erat colore, lata fronte, aridulis genis; nasus neque simus erat, neque aduncus, sed forma inter utrumque media, oculi nigri ingeniumque alacre, quantum ex infantis corpore coniicere licet, prodentes. hunc filiolum cum ad imperatoris dignitatem extollere eique velut hereditatem Romanorum imperium relinquere cuperent, in magna dei ecclesia eum sacro baptismate initiandum et coronandum curant. haec igitur porphyrogenitis nobis ab ipsis ortus primordiis contigerunt; quae postea acciderunt, suo quidque narrabuntur loco.

9. Ὁ μέντοι αὐτοκράτωρ Ἀλέξιος τῶν παραλίων τῆς Βιθυνίας καὶ αὐτῆς Βοσπόρου καὶ τῶν ἀνωτέρω χωρῶν τοὺς Τούρκους ἀπελάσας, μετὰ τοῦ Σολυμᾶ εἰς εἰρηνικὰς ἐξεληλύθει [C] σπονδάς, καθὼς ὁ λόγος ἀνωτέρω φθάσας ἐδήλωσε, καὶ οὕτω πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν τὰς ἡνίας στρέψας, τόν τε Ῥομπέρτον καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βαϊμοῦντον πολλὰ μογήσας κατὰ κράτος ἥττησε, καὶ μεγίστης συμφορᾶς τὰ κατὰ τὴν ἑσπέραν ἐρρύσατο. κἀκεῖθεν ἐπανελθών, αὖθις τοὺς ὑπὸ τὸν Ἀπελχασὴμ Τούρκους οὐ τὴν ἕω ἁπλῶς κατατρέχοντας εὗρεν, ἀλλὰ μέχρις αὐτῆς Προποντίδος καὶ τῶν παραλίων ταύτῃ χωρίων κατεληλυθότας. ὅπως μὲν οὖν ὁ Ἀμὴρ Σολυμᾶς τῆς Νικαίας ἐξελθών, τουτονὶ τὸν Ἀπελχασὴμ φρουρὸν αὐτῇ καταλέλοιπεν, ὁ δὲ Πουζάνος παρὰ τοῦ Περσῶν σουλτᾶν πρὸς τὴν Ἀσίαν ἐξεπέμφθη καὶ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ [D] σουλτᾶν Τουτούσῃ ἡττηθεὶς ἀνῃρέθη, καὶ τὸν Τουτούσην μετὰ τὸ τὸν Πουζάνον ἡττῆσαι οἱ ἀνεψιαδεῖς αὐτοῦ ἀπέπνιξαν, ἀρκτέον ἤδη διηγεῖσθαι. ἀνήρ τις ἐξ Ἀρμενίας ὁρμώμενος Φιλάρετος τὴν ἐπωνυμίαν, περίβλεπτος ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ φρονήσει, εἰς τὴν τοῦ δομεστικάτου ἀξίαν παρὰ τοῦ προβεβασιλευκότος Ῥωμανοῦ τοῦ Διογένους ἀνενεχθείς, καὶ τὰ συμβάντα τῷ Διογένει θεασάμενος καὶ τὴν τῶν ὀμμάτων αὐτοῦ στέρησιν βεβαιωθείς, διαφερόντως τοῦτον ποθῶν, οὐκ [P. 169]

1. Ἀλέξιος om. A. 3. Σολυμᾶν G. ἐξεληλύθει C, ἐληλύθει PG. 10. προποντίδος αὐτῆς A. 11. ταύτης AG. 16. τὸ om. G. 17. ἀρητέον P. 18. Φιλάρητος G. 21. ξυμβάντα G.

9. Imperator Alexius, Turcis ex Bithyniae et ipsius Bospori oris superioribusque regionibus pulsis, cum Solymano pacem fecerat, ut supra narravimus, tum versis in Illyricum habenis, Robertum filiumque eius Boëmundum multa perpessus plane devicerat et occidentem calamitate maxima liberaverat. inde reversus, rursus Turcas, qui Apelchasemo parebant, non Orientem modo invadentes invenit, sed ad ipsam usque Propontidem et maritimas circa regiones progressos. iam vero quomodo Amer Solymas Nicaea proficiscens hunc Apelchasemum praesidio urbis praefecerit, Puzanus autem, a Persarum sultano in Asiam missus, a sultani fratre Tutuse victus occisusque sit, Tutusen rursus post superatum Puzanum consobrini eius strangulaverint, narrare incipiam. vir ex Armenia oriundus, Philaretus nomine, fortitudine ac prudentia insignis, ad domesticatus dignitatem ab imperatore Romano Diogene evectus, cum quae acciderant Diogeni vidisset, et luce eum privatum esse certo comperisset, quoniam egregie eum diligebat, ferendum

ἔφερεν. ἀλλ' ἀποστασίαν μελετήσας, τὴν τῆς Ἀντιοχου ἐξου-
V. 135 σίαν ἑαυτῷ περιεποιήσατο. καθ' ἑκάστην δὲ τῶν Τούρκων ληϊζομένων τὰ πέριξ, ἐπεὶ μὴ ἄνεσις τούτῳ ἐδίδοτο, ἐσκέψατο προσελθεῖν τοῖς Τούρκοις καὶ περιτμηθῆναι, ὡς ἔθος αὐτοῖς. ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ ἐνέκειτο σφόδρα τοῦτον τῆς παραλόγου ἀνακόπτων ὁρμῆς, ἀλλ' οὐκ εἰσηκούσθη τὰ λῷονα συμβουλεύων. περίλυπος τοίνυν γενόμενος, δι' ἡμερῶν ὀκτὼ καταλαμβάνει τὴν Νίκαιαν, καὶ προσελθὼν τῷ Ἀμὴρ Σολυμᾶ διε-
B γείρει τοῦτον εἰς πολιορκίαν τῆς Ἀντιοχείας, τὴν τοῦ σουλτανικίου τηνικαῦτα περιβεβλημένον ἀξίαν, καὶ πρὸς τὸν πόλεμον τὸν κατὰ τοῦ πατρὸς παροξύνει. πείθεται τούτοις ὁ Σολυμᾶς, ἐν δὲ τῷ πρὸς Ἀντιόχειαν μέλλειν ἀπέρχεσθαι τὸν Ἀπελχασὴμ κατέλιπε φύλακα τῆς Νικαίας ὑπερέχοντα πάντων τῶν ἡγεμόνων, ἡγεμόνα τοῦτον κατονομάσας. ἐκεῖνος δὲ συνεφεπόμενον ἔχων καὶ τὸν τοῦ Φιλαρέτου υἱόν, διὰ δώδεκα νυκτῶν (διὰ τὸ ἀνύποπτον τὰς γὰρ ἡμέρας ἠρέμει) καταλαμβάνει τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἐξ ἐφόδου ταύτην κατέσχεν. ἐν τούτοις δὲ καὶ ὁ Χαρατικῆς λαθραίως συλᾷ τὴν Σινώπην,
C χρυσίον ἱκανὸν καὶ χρήματα τῶν βασιλικῶν ταμιείων κεῖθι ἐναποκείμενα μεμαθηκώς. ὁ δὲ Τουτούσης τοῦ μεγάλου σουλτᾶν ἀδελφός, τῶν Ἱεροσολύμων καὶ τῆς Μεσοποταμίας ἁπάσης

4. περισμηθῆναι P. 7. καταλαμβάνει P in margine, κατέλαβεν PG. 9. σουλτανικίου : σουλτὰν καὶ οὐ G. 11. παροτρύνει C, παρωτρύνει G. 12. τὸν μὲν G. 13. φύλακα om. G. 16. διὰ τὸ ἀνύποπτον (τὰς γὰρ ἡμέρας ἠρέμει) P, γὰρ om. G, add. F. lege γὰρ τὰς. 18. Σιωπὴν PG, Σινώπην CF et in margine P. 19. χρήματα τῶν C, χρημάτων PG.

illud non existimavit. sed defectionem molitus, Antiochiae urbis imperium sibi comparavit. Turcis autem omnem circa regionem quotidie vexantibus, cum quiete frui omnino non liceret, transfugere ad Turcas et circumcidendum, ut mos ipsis est, praebere se in animo erat. filius eius magnopere institit ab insano consilio patrem revocare; sed auditus non est, meliora suadens. magno igitur moerore afflictus, octo diebus Nicaeam pervenit, Ameremque Solymam, sultanicii dignitatem eo tempore adeptum, adiit, ad Antiochiam obsidendam atque ad bellum patri inferendum concitans. obsequitur Solymas, et cum Antiochiam profecturus esset, Apelchasemo custodiam Nicaeae commisit, qui omnium ducum praestantissimus esset, ducis nomen eidem tribuens. ipse, Philareti filio comite, post duodecim noctium iter (nam ut improviso adveniret, diebus quiescebat,) Antiochiam pervenit urbemque statim cepit. eo tempore Charatices Sinopem clam occupavit, ubi auri vim satis magnam et regii aerarii pecunias depositas esse

καὶ τοῦ Χάλεπ καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ Βαγδᾶ ἐξουσιάζων καὶ τῆς Ἀντιοχείας ἀντιποιούμενος, ἐπεὶ τὸν Ἀμὴρ Σολυμᾶν ἀφηνιάζοντα ἔβλεπε καὶ τὴν τῆς Ἀντιοχείας ἀρχὴν ἑαυτῷ ἤδη περιποιούμενον, σὺν ὅλαις δυνάμεσιν ἐν μεταιχμίῳ τοῦ Χάλεπ καὶ τῆς Ἀντιοχείας καταλαμβάνει. συνηντηκότος δὲ αὐτῷ τοῦ Ἀμὴρ Σολυμᾶ, πόλεμος εὐθὺς ἀναρρήγνυται μέγας, καὶ D ἀγχεμάχου τῆς μάχης γεγονυίας, νῶτα οἱ τοῦ Σολυμᾶ ὑποσχόντες προτροπάδην ἔφευγον. πολλὰ δὲ τούτους θαρσύνων ὁ Σολυμᾶς, ἐπεὶ τῆς φυγῆς ἀποσχέσθαι οὐκ ἔπειθεν, ὑπὲρ κεφαλῆς τὸν κίνδυνον ἐφιστάμενον ὁρῶν, παρεκκλίνας ἐν ἀκινδύνῳ τάχα ἐδόκει καθεστάναι, καὶ κατὰ γῆς τὴν ἀσπίδα τεθεικώς, ἐπ' αὐτῇ προσουδίσας ἐκάθητο. ἀλλ' οὐ διέλαθε τοὺς ὁμοφύλους. προσεληλυθότες γὰρ αὐτῷ τινὲς τῶν σατραπῶν ἔλεγον τὸν θεῖον αὐτοῦ Τουτούσην μεταπέμπεσθαι αὐτόν. ὁ δὲ ἀνένευεν ὑφορώμενος τὸν ἐξ αὐτοῦ κίνδυνον. ἐγκειμέ- P. 170 νων δὲ τῶν σατραπῶν, ἐπεὶ οὐ πρὸς ἰσχύος αὐτῷ ἀντικαθίστασθαι ἦν, οἷα μόνῳ ὄντι, τοῦ κουλεοῦ τὸ ξίφος σπασάμενος, κατὰ τῶν ἰδίων ὥσε σπλάγχνων διαμπερὲς τὸ ξίφος ἐλάσας, καὶ κακὸς κακῶς ἀπώλετο. παραχρῆμα γοῦν οἱ σωθέντες τῶν τοῦ Ἀμὴρ Σολυμᾶ δυνάμεων προσχωροῦσι τῷ Τουτούσῃ. ὁ δὲ μέγας σουλτὰν ταῦτα μεμαθηκὼς καὶ δεδιὼς τὸν Τουτούσην ἰσχυροποιούμενον ἤδη, ἀπέστειλε πρὸς τὸν

6. πόλεμος — Σολυμᾶ om. CG. 14. ἔλεγον om. G. post αὐτόν add. PG ἀνέπειθον, om. C. 17. κουλεοῦ FC, κολεοῦ PG.

didicerat. sed Tutuses, magni sultani frater, qui Hierosolymis et Mesopotamiae toti et Chalepo atque adeo ad Bagdam usque imperitabat et Antiochia potiri expetebat, ubi Amerem Solymam defecisse et Antiochiae imperium sibi iam comparasse cerneret, copiis omnibus profectus, Chalepum inter atque Antiochiam consedit. occurrente Amere Solyma, proelium statim exortum est magnum: in quo postquam ad manus ventum est, Solymae copiae terga dantes effuse fugiebant. magnopere cohortatus Solymas, cum e fuga revocare eos non posset, quantum sibi periculum impenderet, perspiciens, declinavit et ubi in tuto constitisse sibi visus est, clipeo humi apposito, subsedit. neque tamen latuit populares. accedentes enim ad eum satrapae nonnulli, a patruo ipsius Tutuse se missos dicebant, qui eum accirent; at ille renuit, periculum ex eo metuens. instantibus autem satrapis, ubi vi resistere non poterat, quippe qui solus esset, eductum e vagina gladium in sua intrusit viscera, transfossoque corpore malus male periit. statim igitur quae reliquae erant Ameris Solymae copiae, ad Tutusem transeunt. his magnus sultanus auditis, cum Tutusem potentiorem iam factum metueret, Siauso ad imperatorem mis-

αὐτοκράτορα τὸν Σιαούς, μηνύσας αὐτῷ περὶ κήδους καὶ ὑποσχόμενος, ἐὰν τοῦτο γένηται, ἀναστεῖλαι μὲν τοὺς Τούρκους τῶν τῆς παραλίας μερῶν καὶ παραδοῦναί οἱ τὰ κάστρα καὶ ὁλοψύχως βοηθεῖν. τοῦτον θεασάμενος ὁ βασιλεὺς καὶ τὰς
B τοῦ σουλτᾶν γραφὰς ὑπαναγνούς, περὶ μὲν τοῦ κήδους οὐδένα λόγον ἐπεποίητο, τὸν δὲ Σιαοὺς νουνεχῆ ἄνδρα θεασάμενος, ἐπυνθάνετο, πόθεν τε ὥρμηται καὶ τίνες οἱ τούτου γονεῖς.
V. 136 τοῦ δὲ μητρόθεν μὲν ἐξ Ἰβήρων εἶναι λέγοντος, τὸν δὲ τούτου πατέρα Τοῦρκον ἀνομολογοῦντος, πολλὴν ὁ αὐτοκράτωρ πραγματείαν ἐπεποίητο, ὥστε τοῦ θείου βαπτίσματος τοῦτον τυχεῖν. συνέθετο πρὸς τοῦτο ὁ Σιαοὺς καὶ πίστεις ἐδεδώκει τῷ αὐτοκράτορι, ὥστε μὴ παλινοστῆσαι, τοῦ θείου φωτίσματος τυχών. καὶ ἐπεὶ ἐντεταλμένον ἦν αὐτῷ δι' ἐγγράφου προστάξεως σουλτανικῆς, ἵν' εἴπερ ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸ τελέ-
C σαι τὸ μετ' αὐτοῦ κῆδος προθυμηθείη, ἅπαντας τοὺς τῆς παραλίας πόλεις κατασχόντας σατράπας ἀπελάσαι ἐκεῖθεν, τὸ περὶ τούτων διαλαμβάνον σουλτανικὸν γράμμα ὑποδεικνὺς αὐτοῖς, ταύτῃ τῇ γραφῇ συγχρήσασθαι ὁ βασιλεὺς τῷ Σιαοὺς ὑπέθετο, καὶ ἐπὰν τούτους ἐκεῖθεν ἀπελάσειε, τὰς σουλτανικὰς ὑποδεικνύων γραφάς, αὖθις πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπαναστρέψαι. ὁ δὲ μάλα προθύμως τὴν Σινώπην πρότερον καταλαβὼν καὶ τὰς σουλτανικὰς ἐπιστολὰς ὑποδείξας τῷ Χα-

1. Σιαοὺς F et in margine P, Οὐσίαν PG hic et infra, Οὐσιᾶς C. 4. τοῦτο G. 11. ἐδεδόκει P. 12. φωτίσματος F, βαπτίσματος PG. 16. κατασχόντας F, παρασχόντας PG.

ro, affinitatem eius ambit, pollicens, si voti compos fieret, abducturum se Turcas ex cunctis orae maritimae regionibus et castella ibi sita traditurum omnique studio auxiliaturum esse. quem ubi conspexit imperator et sultani litteras legit, affinitatis quidem nullam habuit rationem; ceterum Siausum, prudentia eius perspecta, interrogavit, cuias esset et quibus parentibus ortus. eo respondente, matrem sibi ex Iberis fuisse, patrem tamen Turcam, imperator omnem curam adhibuit, ut sacro is baptismo se initiandum praeberet. annuit Siaus fidemque imperatori dedit, se domum non rediturum, ubi divini particeps baptismatis factus foret; cumque ipsi mandatum esset scriptis a sultano litteris, ut si imperator ad affinitatem iungendam paratus esset, omnes qui urbes maritimas tenerent satrapas inde pelleret, exhibitis sultani litteris, quibus id praescriptum esset, imperator persuasit Siauso, isto diplomate uteretur et, expulsis hoc modo satrapis, in urbem rediret. itaque libentissime Sinopem primum profectus, Charaticem, sultani litteris ostensis, inde eiecit, ne uno qui-

ρατικῇ, ἐκεῖθεν αὐτὸν ἀπήλασεν, μηδ' ἄχρις ἑνὸς ὀβολοῦ τῶν βασιλικῶν ὑποκρατήσαντα χρημάτων. γίνεται δέ τι τοιοῦτον. ἐν τῷ τῆς Σινώπης ἐξέρχεσθαι αὐτὸν κατεάξας τὸ ἐπ' ὀνόματι τῆς ὑπεραμώμου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου τέμενος, D δαίμονί τινι καθάπερ ἀλάστορι ἐκ θείας προνοίας παραδοθεὶς, ἔκειτο ἀφρίζων· καὶ οὕτως ἐκεῖθεν δαιμονιῶν ἐξεληλύθει. καὶ τὴν μέντοι κυρίαν τῆς Σινώπης ὁ Σιαοὺς Κωνσταντίνῳ τῷ Δαλασσηνῷ ἀνέθετο, ἐπ' αὐτῷ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποσταλέντι, κᾀθ' οὕτω τὰς ἄλλας πόλεις περιιὼν καὶ τὰς σουλτανικὰς τοῖς σατράπαις ὑποδεικνύων γραφὰς, ἐκεῖθεν ἐξήλαυνε, παραδιδοὺς πρὸς τοὺς τοῦ αὐτοκράτορος σατράπας. ταῦτα οὖν ὁ Σιαοὺς διαπραξάμενος, ὑποστρέφει πρὸς αὐτόν, κᾀντεῦθεν τοῦ θείου βαπτίσματος τετυχηκὼς P. 171 καὶ πολλῶν δωρεῶν ἐπαπολαύσας δοὺξ Ἀγχιάλου προχειρίζεται.

10. Τῆς σφαγῆς δὲ τοῦ Ἀμὴρ Σολυμᾶ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἅπασαν διαδραμούσης, ὁπόσοι τῶν σατραπῶν πόλεις καὶ πολίχνια ἔτυχον φυλάσσοντες, ἕκαστος ὅπερ ἔτυχε φυλάσσων κάστρον κατέσχε καὶ ἰδιοποιήσατο. καὶ γὰρ ὁπηνίκα πρὸς τὸν Ἀπελχασὴμ τὴν Νίκαιαν παρεδίδου φρουρεῖν ἐν τῷ πρὸς τὴν Ἀντιόχειαν αὐτὸν ἀπιέναι, διαφόροις σατράπαις τά τε κατὰ τὴν παραλίαν καὶ τὴν Καππαδοκίαν καὶ τὴν ἅπασαν Ἀσίαν, ὡς εἴρηται, ἀνέθετο, ὥστε ἕκαστον τὸ ἴδιον λάχος

1. ὀβολοῦ add. C. 2. lege ἐπικρατήσαντα. 8. Δαμασσηνῷ G. αὐτῷ C, αὐτὸ PG. 11. τοὺς τοῦ om. G. 12. ὑποστρέφει C, ὑποστρέφη PG.

dem obolo ex regia pecunia potitum. accidit enim tale quippiam. Sinope egrediens, cum immaculatae dominae nostrae deiparae templum violasset, daemoni velut ultori per divinam providentiam traditus, iacebat spumam agens; atque ita furore agitatus, urbe exiit. praefecturam autem Sinopes Constantino Dalasseno Siaus tradidit, qui ab imperatore ad id ipsum missus erat. dein reliquas urbes circuiens, sultani scripto satrapis monstrato, eos eiecit imperatorisque satrapis urbes commisit. haec postquam Siaus perfecit, ad imperatorem reversus, sacrum baptismum accepit, multisque muneribus ornatus, etiam Anchiali dux creatus est.

10. Caede Ameris Solymae per totam Asiam vulgata, quicunque satraparum urbibus et oppidis praefecti erant, suam quisque arcem detinebant sibique vindicabant. etenim cum Apelchasemo, Antiochiam profecturus, Nicaeae custodiam committeret, compluribus satrapis oram maritimam et Cappadociam omnemque Asiam, ut narravimus, tradidit, ut quem quisque locum sortitus esset, eum tueretur, quoad ipse inde rediret. Apelchasem, archisatrapa tum temporis Nicaeae,

B φρουρεῖν, τὴν αὐτοῦ ἐκεῖθεν ἐπανέλευσιν ἀπεκδεχόμενον. ὁ δὲ Ἀπελχασὴμ ἀρχισατράπης τῷ τότε τῆς Νικαίας ὢν, ταύτην κατασχὼν, ἐν ᾗ καὶ τὸ σουλτανίκιον ἦν, καὶ τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ Πουλχάσῃ τῶν κατὰ τὴν Καππαδοκίαν παραχωρήσας, ἐν ἀμεριμνίᾳ τε ἦν, τὴν τοῦ σουλτανικίου ἀξίαν περιζώσασθαι οἰόμενος καὶ ἤδη ἐν χερσὶ νομίζων κατέχειν, (δεινὸς γὰρ ἦν ὁ ἀνὴρ καὶ φιλοκίνδυνος,) καὶ ἀρκεῖσθαι τοῖς ἐνοῦσιν οὐκ ἤθελεν, ἀλλὰ προνομεῖς ἀποστέλλων, τὴν Βιθυνῶν ἐληΐζετο ἅπασαν καὶ μέχρις αὐτῆς Προποντίδος. τῇ γοῦν προτέρᾳ μεθόδῳ χρησάμενος ὁ αὐτοκράτωρ, τοὺς μὲν προνομεῖς ἀνέστελλε, τὸν δὲ Ἀπελχασὴμ πρὸς εἰρηνικὰς σπονδὰς
C συνήλαυνε. βυσσοδομεύοντα δὲ τοῦτον διαγινώσκων ἀεὶ κατ' αὐτοῦ καὶ τὰς σπονδὰς ἀναβαλλόμενον, δεῖν ἐλογίσατο κατ' αὐτοῦ ἀξιόμαχον ἐκπέμψαι παράταξιν. τὸν Τατίκιον δέ, περὶ
V. 137 οὗ ἐν πολλοῖς ὁ λόγος ἐμέμνητο, μετὰ δυνάμεως ἀποχρώσης πέπομφε κατὰ τῆς Νικαίας, ἐντειλάμενος αὐτῷ μετὰ νουνεχείας τοῖς ἐχθροῖς ἀντικαταστῆναι, εἴ γε τέως ἐντυχεῖν ἔξωθέν τισι γένοιτο. ἀπελθόντος δὲ τοῦ Τατικίου καὶ ἀγχοῦ τῶν τειχῶν σχῆμα παρατάξεως διατυπώσαντος διὰ τὸ μηδένα τῶν Τούρκων τηνικαῦτα παρεῖναι, ἀναπετάσαντες οἱ Τοῦρκοι εἰς
D διακοσίους ποσούμενοι ἀθρόως κατ' αὐτοῦ ἐξιππάσαντο. οἱ δὲ Κελτοὶ (ἦσαν γὰρ ἱκανοὶ) τούτους θεασάμενοι, κατὰ πρόσ-

2. ταύτην om. G. 5. τε : τέως C. ἐξουσίαν C. 8. ἀλλὰ προνομεῖς C, ἀλλ' εἰς προνομὰς PG. Βιθυνίαν G. 14. παράταξιν : στράτευμα P in margine. 17. εἴγε τέως ἔξωθέν τισι ἐντύχοιεν C et in margine P. 20. post ἀναπετάσαντες exidisse videtur τὰς πύλας.

cum hanc urbem obtineret, ubi etiam sultanicium erat, et fratri suo Pulchasae Cappadociam concessisset, securus erat, sultanicii dignitatem assecuturum se sperans atque in manibus iam tenere ratus: alacer enim erat atque ad pericula promptus: neque se finibus rerum suarum continebat, sed missis, qui praedam agerent, Bithyniam universam depopulabatur usque ad ipsam Propontidem. iisdem igitur, quam antea, artibus imperator usus, et praedatores repressit, et Apelchasemum ad pacem ineundam adegit. sed cum clandestina adversus se consilia eum semper agitare intelligeret et foedus procrastinare, validum contra eum exercitum mittendum censuit. itaque Taticium, cuius saepe narratio mentionem fecit, cum copiarum vi idonea Nicaeam misit praecepitque, ut caute atque prudenter hostes aggrederetur, si quando contingeret, ut extra urbem aliquibus occurreret. Taticius, cum eo advenisset et aciem muris, nemine Turcarum tum obstante, admovisset, Turcae, numero ad ducentos, portis erumpunt et agmine in eum invehuntur. quos conspicati Galli,

ωπον σφοδρᾷ τῇ ῥύμῃ δόρατα μακρὰ ἐναγκαλισάμενοι κατ' αὐτῶν ἵενται, καὶ ἱκανοὺς τρώσαντες εἴσω τοῦ κάστρου τοὺς λοιποὺς συνήλασαν. ὁ δέ γε Τατίκιος ἵστατο αὖθις ἐπὶ ταὐτοῦ σχήματος τῆς παρατάξεως μέχρις ἡλίου δυσμῶν. ἐπεὶ δὲ μηδεὶς ἔξω πυλῶν τῶν Τούρκων ἑωρᾶτο, ἀναποδίσας κατὰ τὴν Βασίλειαν τὸν χάρακα ἐπήξατο, δύο πρὸς τοῖς δέκα σταδίους τῆς Νικαίας ἀπέχουσαν. νυκτὸς δέ τις προσεληλυθὼς αὐτῷ ἀγρότης τὸν Προσοὺχ διενίστατο μετὰ πεντήκοντα χιλιάδων ἐπικαταλαμβάνειν παρὰ τοῦ νεωστὶ γεγονότος σουλ- P. 172 τᾶν τοῦ Παργιαροὺχ ἀποσταλέντα. ταῦτα ὁ Τατίκιος καὶ δι' ἑτέρων βεβαιωθείς, ἐπεὶ πρὸς τοσαῦτα πλήθη δυνάμεις τὰς ἀντικαθισταμένας οὐκ εἶχεν, ἀναλύων τὰ δόξαντα πρότερον, ἀγαπητὸν ἐλογίζετο, εἰ τὸ ὁπλιτικὸν ἅπαν σῶον διατηρήσειεν, καὶ μὴ πολλοστὸς πρὸς ὑπερπληθεῖς καὶ ἰσχυρωτέρους μαχόμενος τὸ πᾶν ἀπολέσειεν. ἔνθεν τοι καὶ τὴν βασιλεύουσαν κατὰ νοῦν εἶχέ καὶ πρὸς ταύτην ἑώρα, διὰ τῆς Νικομήδους βουλόμενος ἐπαναστρέψαι. ὁ δὲ Ἀπελχασὴμ ἄνωθεν τοῦ τείχους θεασάμενος αὐτὸν πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀπονενευκότα καὶ ἤδη καὶ πορευόμενον, ἐξεληλυθὼς παρείπετο, ἵνα ἐπὰν ἐν ἐπικαίρῳ τόπῳ τοῦτον στρατοπεδεύ- B σαντα θεάσηται, προσβαλῇ. καταλαμβάνοντα δὲ τοῦτον τὴν Πρένετον ἐφθακώς, ξυμμίγνυσί τε αὐτῷ καὶ ἐκθύμως τὴν

3. *γὲ* om. G. 10. *Παργιαροὺχ* C et in margine P, *Παραγιαροὺχ* PG. 12. *τὰς* add. C. 13. *ὁπλητικὸν* G. 14. *ἰσχυρότερα* G, *ἰσχυρώτερα* C. lege *ἰσχυροτέρους*. 16. ante *διὰ* add. G *καί*. 19. *καὶ* alterum om. G.

(erant enim sat multi,) recta in eos vehementi impetu, longis armati hastis, feruntur, multisque vulneratis, reliquos in arcem repellunt. quo facto, Taticius eodem rursus ordine stetit usque ad solis occasum; cumque nemo Turcarum extra portas conspiceretur, regressus ad Basileam castra posuit, quae duodecim stadia ab Nicaea abest. nocte autem rusticus eum adiit, qui Prosuchum cum quinquaginta millium exercitu appropinquare affirmavit, ab eo qui nuper factus esset sultano Pargiarucho missum. de quibus cum Taticius etiam ab aliis certior factus esset, quoniam tantae hominum multitudini copias suas impares erant, abiecto priori consilio, satius existimavit, exercitum totum incolumem servare, nec copiis multesimis adversus longe plures validioresque pugnantem, summam rei perdere. itaque ad urbem regiam animo converso, per Nicomediam revertere statuit. sed Apelchasem cum de muro eum Cpolin versus iter iam ingredientem cerneret, eductis copiis secutus est, ut si suo eum loco castra metatum conspiceret, aggrederetur. Preneti assequitur Taticium, pu-

μάχην ἀναρρήγνυσιν. ὁ δὲ Τατίκιος θᾶττον τὰς δυνάμεις εἰς πολέμου τύπον καταστησάμενος, τοῖς Κελτοῖς τὴν πρώτην κατὰ τῶν βαρβάρων ἱππασίαν καὶ τὴν τοῦ πολέμου συμβολὴν ἐπέτρεψεν. οἱ δὲ δόρατα μακρὰ ἐναγκαλισάμενοι, χαλάσαντες ὅλας ἡνίας, ὡς πῦρ κατὰ βαρβάρων ἵενται, καὶ διακόψαντες τὰς φάλαγγας τρέπουσι κατὰ κράτος. καθ' οὕτω πρὸς C τὴν βασιλεύουσαν διὰ τῆς Βιθυνῶν ὁ Τατίκιος ἐπανέρχεται. ὁ μέντοι Ἀπελχασὴμ οὐδαμῶς ἠρεμεῖν ἤθελεν. ἐπιθυμητικῶς γὰρ εἶχε τὰ σκῆπτρα τῆς Ῥωμαίων ἀναδήσασθαι ἀρχῆς εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ἀλλά γε τῶν περὶ τὴν θάλατταν πάντων καὶ αὐτῶν δὴ τῶν νήσων τὴν ἐξουσίαν ἐσχηκέναι. τοιαῦτα οὖν λογιζόμενος, πρότερον μὲν ληστρικὰς νῆας κατασκευάζειν διενοεῖτο, τὴν Κίον καταλαβών· πόλις δὲ αὕτη Βιθυνῶν παρὰ θάλατταν διακειμένη· καὶ προέβαινεν, ὡς ᾤετο, κατὰ σκοπὸν αὐτῷ, ἀπαρτιζομένων τῶν νηῶν. οὐδὲ τοῦτο τὸν αὐτοκράτορα διέλαθεν. καὶ παραχρῆμα τὰς παρατυχούσας διήρεις τε D καὶ τριήρεις καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ναυτικῶν ἐξοπλίσας, Μανουὴλ τὸν Βουτουμίτην δοῦκα προβαλλόμενος, κατὰ τοῦ Ἀπελχασὴμ ἀπέστειλεν, ἐπισκήψας σπεῦσαι τὰς ἡμιτελεῖς τοῦ Ἀπελχασὴμ νῆας ἐμπρῆσαι, ἐν ὁποίᾳ καταστάσει ταύτας εὑρήσει. ἀλλὰ καὶ τὸν Τατίκιον μετὰ ἀποχρώσης δυνάμεως ἠπειρόθεν κατ' αὐ- V. 138 τοῦ ἐκπέμπει. ἀμφοτέρων οὖν τῆς πόλεως ἐξεληλυθότων, ἐπεὶ τὸν Βουτουμίτην ὁ Ἀπελχασὴμ διαπόντιον μετὰ σφοδρᾶς τῆς

7. τῆς C, τῶν PG. 11. ἐσχηκέναι τὴν ἐξουσίαν G. 14. lege τὰ κατὰ σκοπὸν ut supra 270, 4. 23. Βουτουμήτην P, alterum CG.

gnamque fortiter committit. at Taticius, exercitu celeriter in aciem constituto, Gallos primum in barbaros impetum atque impressionem facere iussit; qui hastis correptis longis, effusissimis habenis, velut ignis barbaros invadunt et, disiecta eorum acie, in fugam effusam vertunt. sicque in urbem regiam per Bithyniam Taticius reversus est. verum Apelchasem quiescere omnino noluit. appetebat enim imperii Romani sceptra, sin minus, totam certe oram maritimam ipsasque adeo insulas. talia igitur affectans, primum piraticas naves exstruere decrevit, occupata Cio, quae urbs Bithynorum est maritima; consiliumque bene ipsi procedere videbatur, cum naves iam exstruerentur. neque id imperatorem latebat; qui armatis statim, quas ad manum habuit biremes et triremes ceteraque navigia, Manuelem Butumitem classi praepositum contra Apelchasemum misit mandavitque, ut festinaret semiperfectas Apelchasemi naves incendere, quocunque in statu eas reperiret. etiam Taticium terra cum copiarum vi satis magna adversus eum misit. utroque urbe egresso, ubi Butumitem mari magna celeritate iam adventantem Apelchasem conspexit hostesque

ῥύμης ἤδη καταλαμβάνοντα ἐθεάσατο, ἐμεμαθήκει δὲ καὶ τῶν ἐξ ἠπείρου ἐπικαταλαμβανόντων, καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἔτυχε, μὴ συμβαλλόμενον αὐτῷ λογίζεται διὰ τὸ τραχὺ καὶ στενὸν P. 173 καὶ τοῖς τοξόταις πάντῃ ἀκατάλληλον, ὡς μὴ ἀποχρῶντα τούτοις πρὸς τὰς κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἱππασίας, ἀπάρας ἐκεῖθεν εἰς ἐπίκαιρον τόπον ἐβουλεύσατο τὰς δυνάμεις καταθεῖναι. καταλαμβάνει τοίνυν τόπον, παρὰ μὲν τῶν Ἁλυκὰς ὀνομαζόμενον, παρὰ δὲ τῶν Κυπαρίσσιον. ἐφθακὼς δὲ ὁ Βουτουμίτης διαπόντιος, θᾶττον ἢ λόγος τὰς τοῦ Ἀπελχασὴμ νῆας ἐνέπρησεν. τῇ δὲ μετ' αὐτὴν ἐξ ἠπείρου ἐληλυθὼς καὶ ὁ Τατίκιος, ἐν ἐπικαίροις τὸ στράτευμα κατέθετο τόποις καὶ ἀπὸ πρωΐας μέχρι ἑσπέρας οὐκ ἐνεδίδου πῇ μὲν ἀκροβολιζόμενος, πῇ δὲ μάχας συνάπτων μετὰ τοῦ Ἀπελχασὴμ ἐπὶ B ὅλαις πεντεκαίδεκα ἡμέραις. τοῦ δὲ Ἀπελχασὴμ μηδ' ὅλως ἐνδιδόντος, ἀλλ' ἰσχυρῶς ἀντικαθισταμένου, ἐκκακήσαντες οἱ Λατῖνοι, κἂν μὴ τὴν ἐκ τοῦ τόπου εἶχον βοήθειαν, ὤχλουν ὅμως τὸν Τατίκιον, ἵν' οὗτοι καὶ μόνοι τὴν μετὰ τῶν Τούρκων ἀναδέξωνται μάχην. ὁ δέ, κἂν μὴ κατὰ γνώμην τὸ πρᾶγμα ἐδόκει αὐτῷ, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ὁρῶν δυνάμεις Τουρκικὰς προσχωρούσας τῷ Ἀπελχασήμ, ὑπεῖξε τῇ βουλῇ τῶν Λατίνων. καὶ περὶ ἀνατολὰς ἡλίου τὰς φάλαγγας καταστήσας, τὸν μετὰ τοῦ Ἀπελχασὴμ συνῆψε πόλεμον. πολλοὶ

2. καταλαμβανόντων PG. 3. λογίζοιτο C. 7. τοίνυν : τοῦτον G. 10. τῇ FP, τὴν CG. μετ' CG, κατ' P. 13. μετὰ FC, κατὰ PG. ἐπὶ G, ἐπ' P. 20. προσχωρούσας τῷ Ἀπελχασὴμ Τουρκικὰς G. 22. μετὰ CG, κατὰ P. συνῆψε F, ἀνῆψε PG.

etiam terra appropinquare comperit, cum locum, in quo erat, iniquum duceret, quod is asper, angustus sagittariisque nequaquam commodus ad arcendum Romanorum equitatum esset: castris motis, copias loco idoneo collocare statuit. itaque locum petiit, ab aliis Halycas, ab aliis Cyparissium dictum. at Butumites mari advectus, celerius quam dici potest naves Apelchasemi combussit; postridie terra etiam Taticius advenit, et exercitu idoneo loco disposito, a prima luce ad vesperam non intermisit modo velitari, modo cominus cum Apelchasemo pugnam conserere, per totos quindecim dies. Apelchasemo autem nequaquam cedente, sed fortiter resistente, Latini morae pertaesi, quamvis loci opportunitate parum adiuvarentur, tamen vel solis sibi ut cum Turcis congredi liceret, instabant. quae res etsi Taticio non satis probanda videbatur, tamen quoniam quotidie copias Turcicas Apelchasemo accedere videbat, Latinis obsecutus, acie sub ortum solis instructa, pugnam cum Apelchasemo capessivit. multi

C μὲν τῶν Τούρκων τηνικαῦτα κτείνονται, πλεῖστοι δὲ καὶ ἁλίσκονται, οἱ δὲ πλείους τὰ νῶτα διδόασι, μηδὲ τῶν οἰκείων σκευῶν φροντίδα ποιησάμενοι. καὶ αὐτὸς ὁ Ἀπελχασὴμ κατευθὺ Νικαίας ἐλάσας μόλις διασώζεται. λείαν οὖν πολλὴν ἐντεῦθεν ἀναλαβόμενοι οἱ ὑπὸ τὸν Τατίκιον, πρὸς τὴν οἰκείαν παλινοστοῦσι παρεμβολήν. ταῦτα μεμαθηκὼς ὁ αὐτοκράτωρ, ὁποῖος ἐκεῖνος δεινὸς θηρᾶσαι ψυχὴν ἀνθρώπου καὶ λιθίνην μαλάξαι φύσιν, γραφὴν τηνικαῦτα ἐκτίθεται πρὸς τὸν Ἀπελχασήμ, συμβουλεύων ἀποσχέσθαι μὲν τῶν τοιούτων κενῶν ἐπιχειρημάτων καὶ μὴ εἰς ἀέρα παίειν, ἀλλὰ προσεληλυθέναι D τε αὐτῷ καὶ πολλῶν καμάτων ἑαυτὸν ἀπαλλάξαι, δωρημάτων τε δαψιλῶν ἐπαπολαῦσαι καὶ τιμῆς. ὁ δὲ Ἀπελχασήμ, ἐπεὶ καὶ τὸν Προσοὺχ ἐμάνθανε πολιορκοῦντα τὰ κατεχόμενα ὑπό τινων σατραπῶν κάστρα, ἤδη δὲ καὶ τῇ Νικαίᾳ προσπελάζειν ἐφ' ᾧ πολιορκῆσαι ταύτην, τὴν ἀνάγκην φιλοτιμίαν, ὅ φασι, ποιησάμενος, ἅμα δὲ καὶ τῆς τοῦ βασιλέως γνώμης καταστοχασάμενος καὶ τεθαρρηκώς, τὴν μετ' αὐτοῦ εἰρήνην ἀσπάζεται. τῶν δὲ ἀναμεταξὺ εἰρηνικῶν σπονδῶν τελεσθει- P. 174 σῶν, μελετήσας καὶ ἕτερόν τι συνοῖσον ὁ αὐτοκράτωρ, ἐπεὶ οὐκ ἐνῆν ἄλλως ἀνυσθῆναι τὸ σκοπούμενον, μετακαλεῖται τοῦτον εἰς τὴν βασιλεύουσαν, ἐφ' ᾧ καὶ χρήματα λαβεῖν καὶ τρυφῆς ἅλις ἐπαπολαῦσαι καὶ οὕτως οἴκαδε ἐπαναστρέψαι.

1. πλεῖστοι: lege πολλοί. 2. μηδὲ: μετὰ G. 4. μόγις G. 7. δεινὸς add. CG et in margine P. 10. ἐς G. 16. καὶ om. G. 18. ἀσπάσασθαι G. 19. post ἐπεὶ add. PG καί, om. C. 22. ἅλις τρυφῆς G.

tunc caesi Turcarum, multi capti, plurimi terga verterunt, nulla ne vasorum quidem supellectilisque cura habita; ipse Apelchasem Nicaeam recta contendens, vix evasit. Taticii autem milites, multa potiti praeda, in castra redeunt. his imperator auditis, pro ea qua pollebat peritia hominum quantumvis pervicacium animos flectendi, litteras ad Apelchasemum dedit, quibus suasit, ut inanibus istis conatibus desisteret, neve aerem diutius verberaret, sed ad se potius veniret, ut et multis supersederet laboribus, et larga munera honoresque adipisceretur. Apelchasem cum etiam Prosuchum didicisset arces a satrapis quibusdam occupatas obsidere, iamque obsessum adventare Nicaeam, necessitate, ut aiunt, in virtutem versa, quoniam idem mentem imperatoris perspiceret, animo fidenti pacem amplectitur. confecta inter utrumque pace, imperator etiam alterum commodum spectans, cum aliter perfici non possent, quae intenderat, in urbem regiam eum invitat, ut et dona acciperet et iucunditati se daret, sicque domum reverteretur. obsequitur Apelchasem, et Cpolin pro-

πείθεται ὁ Ἀπελχασήμ. καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν βασιλεύουσαν,
παντοίας ἀξιοῦται φιλοφροσύνης. ὡς δὲ τὴν Νικομήδους
(πόλις δὲ αὕτη μητρόπολις Βιθυνίας) κατεῖχον οἱ τῆς Νικαίας
ἐξάρχοντες Τοῦρκοι, ἐκεῖθεν ὁ βασιλεὺς ἐλάσαι τούτους βου-
λόμενος, ἕτερον παρὰ θάλατταν οἰκοδομῆσαι πολίχνιον δεῖν
ἔκρινεν, ἐν ὅσῳ τὰ τῆς ἀγάπης ἤδραστο. τοιγαροῦν ἐν φορ- V. 139
ταγωγοῖς ναυσὶν ἅπαντα τὰ πρὸς χρῆσιν χρειώδη σὺν αὐτοῖς
οἰκοδόμοις ἐμβαλὼν ἐξαπέστειλε, τὴν τούτου οἰκοδομὴν Εὐ- B
σταθίῳ τῷ τοῦ στόλου δρουγγαρίῳ ἀναθέμενος καὶ τὸ ἀπόρ-
ρητον ἐκκαλύψας, ἐπισκήψας, εἴ τινες τῶν Τούρκων διέρ-
χοιντο, παντοίως φιλοφρονεῖσθαι καὶ εἰς κόρον διδόντα ἐπι-
λαύνειν τῶν δωρεῶν, προστιθέναι δὲ τὸ μετ' εἰδήσεως τοῦ
Ἀπελχασὴμ τοῦτο οἰκοδομεῖν, εἶτα ἅπαν πλοῖον ἀπεῖρξαι
τῶν τῆς Βιθυνίας παραλίων μερῶν, ὡς μὴ δῆλον αὐτῷ γενέ-
σθαι τὸ γινόμενον. τῷ δὲ Ἀπελχασὴμ καθ' ἑκάστην χρή-
ματα διδούς, οὐκ ἐνεδίδου εἰς βαλανεῖά τε προτρεπόμενος
καὶ ἱππηλασίας καὶ κυνηγέσια, πρὸς δὲ καὶ τὰς κατὰ τὰς
λεωφόρους ἱσταμένας στήλας ἀναθεωρεῖν· ἀλλὰ καὶ ἱππικὸν C
ἀγῶνα δι' αὐτὸν ἐνστήσασθαι τοῖς διφρηλάταις ἐκέλευσε κατὰ
τὸ πάλαι τῷ μεγάλῳ Κωνσταντίνῳ οἰκοδομηθὲν θέατρον, καὶ
καθ' ἑκάστην ἐν τούτῳ παραγίνεσθαι καὶ τὰς τῶν ἵππων δο-

6. an δέδραστο? 10. ἐκκαλύψας C, ἐγκαλύψας PG. 11. ἐς P, εἰς G cum Tyrtaeo 2, 10, unde locutionem sumsit. διδόντα Diesterwegius, διδόντας PG. ἐπαπολαύειν C, ἀπολαύειν G. lege ἐπελαύνειν. 12. δωρεῶν : χρειωδῶν C et in margine P. 13. οἰκοδομῆσαι G.

fectus, benignissime habitus est. cum autem Nicomediam (urbs ea primaria est Bithyniae,) Turcae, qui Nicaeae imperitabant, tenerent, inde pellere eos imperator in animo habens, alteram ad mare arcem exstruendam interea censuit, dum solennia, quibus illum colebat, celebrarentur. itaque rebus omnibus ad usum necessariis una cum ipsis structoribus in naves onerarias impositis dimisit eas, postquam Eustathio, classis drungario, cui aedificandi curam commiserat consiliumque communicaverat, praecepit, ut si forte Turcae praeterirent, omni eos humanitate prosequeretur et donis ad satietatem impleret, praeterea significaret, haud inscio Apelchasemo arcem exstrui, denique omne navigium Bithyniae ora arceret, ne quae fierent iste resciret. interim Apelchasemum non destitit quotidianis demereri muneribus, ad balnea, ad ludos equestres, ad venationes invitare, praeterea ad lustrandas columnas in plateis positas adhortari. quin etiam certamen equestre eius gratia aurigas apparare iussit in theatro, quod magnus olim struxit Constantinus, atque ut eo quotidie iret equos-

κιμασίας ὁρᾷν ἠρέθιζεν, ἵν' ἐντεῦθεν τριβομένου τοῦ καιροῦ,
ἐκεχειρία τοῖς οἰκοδόμοις δίδοται. ὡς δὲ τὸ πολίχνιον ἤδη
τετέλεσται καὶ πέρας τὸ σκοπούμενον ἔσχηκε, πλείοσι δω-
ρεαῖς τοῦτον ἀμειψάμενος, τῷ σεβαστοῦ τε ἀξιώματι τιμή-
σας καὶ ἐπὶ πλέον τὰς συνθήκας ἐμπεδώσας, διὰ τιμῆς ἐξέ-
πεμψεν αὐτὸν διαπόντιον. ἀγγελθείσης δὲ αὐτῷ τῆς τοῦ κά-
D *στρου οἰκοδομῆς, κἂν ἐπὶ τῇ τούτου ἀνεγέρσει κατετέτρωτο*
τὴν ψυχήν, ἀλλ' οὖν τὸν ἀγνοοῦντα ὑποκριθείς, τὸ παράπαν
ἐσίγησεν. τοιοῦτόν τι καὶ περὶ Ἀλκιβιάδους ἱστόρηται. οὕτω
γὰρ κἀκεῖνος Λακεδαιμονίους ἐξηπατήκει, μὴ συγχωροῦντας
P. 195 *ἀνοικοδομῆσαι Ἀθήνας καθαιρεθείσας ὑπὸ Περσῶν. παραγ-*
γείλας γὰρ ἀνοικοδομεῖν Ἀθηναίους, ἐκεῖνος ἀπῴχετο πρε-
σβεύσων εἰς Λακεδαίμονα. εἶτα τῆς πρεσβείας τὸν χρόνον
τρίβοντος καὶ διδόντος τὸ ἐνδόσιμον τοῖς οἰκοδομοῦσιν, μετὰ
τὴν ἐξαπάτην ὅλην ἤκουσαν Λακεδαιμόνιοι τὴν οἰκοδομὴν
Ἀθηνῶν. καὶ μέμνηται τῆς καλῆς ἀπάτης ταυτησὶ καὶ ὁ
Παιανιεὺς ἐνιαχοῦ τῶν λόγων αὐτοῦ. τοιοῦτον ἄρα καὶ τοὐ-
μοῦ πατρὸς τὸ ἐπινόημα ἦν, μᾶλλον δὲ καὶ Ἀλκιβιάδους
στρατηγικώτερον. ἱπποδρομίαις γὰρ καὶ τρυφαῖς ἄλλαις τὸν
βάρβαρον τοῦτον ὑποσαίνων καὶ εἰς ἡμέραν ἐξ ἡμέρας παρα-

1. *ἠρέθιζεν* CG, *ἠρέθισεν* P. 3. *ἔσχηκε* G, *ἔσχηκεν* P. 4. *σεβαστοῦ* Ducangius Gloss. II. p. 1342, *σεβαστοτάτῳ* PG. 7. ante *κατετέτρωτο* add. PG *τὸ παράπαν*, om. F. *κατετέτρωτο* FP, *ἐτέτρωτο* CG. 10. *κἀκείνους* P. 12. *ἐκεῖνος* F, *ἐκεῖθεν* PG. *πρεσβεύσων* F, *πρεσβεύων* PG. 14. *τρίβοντα* G. 17. *ἐνιαχοῦ τῶν*: G in margine "f. *ἐν ια τῳ τῶν*." vid. annotat. 20. *ἡμέραν* C, *ἡμέρας* PG.

que probari spectaret, incitavit. id fecit eo consilio, ut dum tempus hic tali modo tereret, istis spatium ad aedificandum daretur. exstructa autem arce, ubi propositum ad finem pervenit, maioribus etiam donatum muneribus et augusti dignitate affectum, foedere confirmato, honorificentissime itinere maritimo dimisit. cumque is de arce exstructa certior factus esset, quanquam animum eius id pungebat, tamen silentio rem scire se dissimulavit. tale quid etiam de Alcibiade narratur. sic enim et ille Lacedaemonios fefellit, qui Athenas refici non permitterent a Persis deletas. postquam praecepit, ut Athenienses urbem renovarent, ipse legatus Lacedaemonem profectus est; ubi cum legationis tempus traxisset eiusque aedificandi otium dedisset, perfecta demum fraude, Lacedaemonii Athenas restitutas esse audierunt. cuius quidem fraudis egregiae meminit etiam Paeanieus alicubi in orationibus suis. tale etiam patris mei consilium, vel potius Alcibiade etiam prudentius. nam spectaculis aliisque voluptatibus barba-

πεμπόμενος, ἔφθασεν ἀπαρτίσας τὸ φρούριον. καὶ τηνικαῦτα τοῦ σύμπαντος τελεσθέντος ἔργου, τὸν ἄνδρα τῆς βασιλίδος B ἀπέλυσε πόλεως.

3. λαβὼν G. 12. τοῦ βαρβάρου G. συνήρασσε C, συνήῤῥασσε G, συνήῤῥασε P. 15. εὐθυπλοήσας C, εὐθυπλοιήσας PG. 18. μεμάθηκε A. 19. τὸν Πολυβοτὸν P, τὸν πολυβωτὸν G, τὸν μολυβωτὸν A, τὸ πολυβοτὸν C. vid. Cantacuz. II. p. 475, 4. ἐξελθὼν A. 21. καὶ prius add. G.

misit postridie se copiam commeatus magnam missurum; sed haec verba erant; nec Dalassenum opinio fefellit. nam diluculo Tzachas ad littus clam progressus et ventum nactus secundum, Smyrnam navigavit, ut pluribus coactis copiis, Chium reverteretur. sed nec Dalassenus anteveniri se Tzachae consiliis passus est. navigia enim, quae forte aderant, cum copiis ingressus, Bolissum proficiscitur; ubi postquam naves collegit machinasque comparavit alias, praeterea milites refecit et plures etiam collegit, rursus, unde discesserat, rediit. instaurata acriter oppugnatione moenibusque dirutis, urbem cepit, Tzacha Smyrnae adhuc commorante. cumque mare esset tranquillum, recto cursu universa classe Mitylenen profectus est.

9. Sic rebus adversus Tzacham constitutis imperator, cum Scythas Rusium tendere rursus didicisset atque ad Polybotum castra posuisse, Constantinopoli, ut erat, profectus, Rusium occupavit. sequebatur Neantzes transfuga, perniciosa secreto in eum consilia coquens; ad-

ὁ Καντζοὺς καὶ ὁ Κατράνης ἄνδρες πολέμων μεμνημένοι καὶ
V. 167 ζέοντα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα πόθον ἔχοντες, ἀπόμοιραν δὲ ἱκανὴν τῶν Σκυθῶν πόρρω θεασάμενος, τὴν μετ' αὐτῶν ἐναποδύεται μάχην. πολλοὶ μὲν οὖν τῶν Ῥωμαίων ἐν τῷ μάχεσθαι πίπτουσι, τινὲς δὲ καὶ ζωγρηθέντες παρὰ τῶν Σκυθῶν κτείνονται, ἱκανοὶ δὲ καὶ μέχρις αὐτοῦ Ῥουσίου κομίζονται. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τοὺς προνομεῖς τῶν Σκυθῶν. ὁ δὲ
D βασιλεύς, τῶν καλουμένων Μανιακατῶν Λατίνων καταλαβόντων, θαρσήσας ἐβουλεύετο τῇ μετ' αὐτὴν τὸν μετὰ τῶν Σκυθῶν κατὰ συστάδην ἀναδέξασθαι πόλεμον. ἐπεὶ δ' οὐ πολὺ τὸ μεταίχμιον ἀμφοῖν τοῖν στρατευμάτοιν ἔτυχεν ὄν, τὴν ἐνυάλιον οὐκ ἀπεθάρρησεν ἠχῆσαι σάλπιγγα, θέλων προαρπάσαι τὴν μάχην. μεταπεμψάμενος οὖν τὸν περὶ τὴν τῶν βασιλικῶν ἱεράκων διαπονούμενον θεραπείαν Κωνσταντῖνον, προστάττει τύμπανον ἑσπέρας ἀναλαβόμενον τύπτειν δι' ὅλης νυκτὸς περινοστοῦντα τὸ στράτευμα καὶ διακηρυκεύειν ἑτοιμάζεσθαι, ὅτι
P. 211 περιαυγαζούσης τῆς αὔριον ἀπερισαλπίγκτως τὸν μετὰ τῶν Σκυθῶν ὁ αὐτοκράτωρ βούλεται συνάψαι πόλεμον. οἱ δὲ Σκύθαι τοῦ Πολυβοτοῦ ἀπάραντες, προκαταλαμβάνουσι τόπον τὸν καλούμενον Ἄδην, κἀκεῖθι τὸν χάρακα πήγνυνται. οὕτω μὲν οὖν ὁ αὐτοκράτωρ ἐξ ἑσπέρας αὐτῆς παρεσκευάζετο. αὐγαζούσης δὲ ἡμέρας διελὼν τὸ στράτευμα καὶ εἰς φάλαγγας

1. πολέμους CG. 9. ἐβουλεύσατο G. 10. lege κατασυστάδην. 13. τὴν alterum add. C. 17. ἀπερισαλπίστως PG, ἀπερισαλπίγκτως in margine. 19. πολυβωτοῦ G.

erantque etiam Cantzus et Catranes, viri fortes et flagranti in imperatorem studio. manum Scytharum non ita parvam ubi procul conspexit, pugnam conseruit, in qua multi Romanorum cadunt, alii capti a Scythis trucidantur, reliqui satis magno numero Rusium incolumes evadunt. verum hoc cum pabulatoribus Scytharum proelium erat; postero die, cum Maniacatae qui dicuntur Latini advenissent, aucto imperator animo, ipsa acie depugnare cum Scythis constituit. quoniam exercitus non magno intervallo distabant, classicum canere ausus non est; quippe inopinatos opprimere voluit. arcessivit igitur Constantinum, qui curam regiorum accipitrum habebat, eique mandavit, ut tympanum a vespere per totam noctem castra circumiens pulsaret militesque ad pugnam se accingere iuberet; nam sole orto imperatorem signo non dato Scythas aggressurum. at Scythae Polyboto profecti, locum Haden dictum praeoccupant, ibique castra ponunt. tali igitur modo postquam imperator ab ipso vespere pugnam paravit, oriente sole distribuit ordines, acieque instructa in hostem pro-

καταστήσας, ἵεται κατ' αὐτῶν. οὔπω δὲ τῆς συμβολῆς τοῦ πολέμου γενομένης, ἀλλ' ἑκάστου τῶν ταγμάτων ἤδη καθισταμένου, ὁ Νεάντζης κατά τινα παρακειμένην ἀκρολοφίαν ἀνελθὼν ἐφ' ᾧ κατασκοπῆσαι μὲν τὰς Σκυθικὰς παρατάξεις, ὡς B ἔλεγεν, ἀγγελίαν δὲ τῷ αὐτοκράτορι τῆς αὐτῶν καταστάσεως συγκομίσαι, ἅπαν τοὐναντίον ἐποίει. καὶ τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ τοῖς Σκύθαις τηνικαῦτα συνεβούλευε, τὰς ἁμάξας μὲν στοιχηδὸν καταστῆσαι, αὐτοὺς δὲ μὴ δεδιέναι τὸν αὐτοκράτορα, τετραμμένον τε ὄντα ἤδη ἐκ τῆς πρώτης ἥττης καὶ πρὸς φυγὴν ἕτοιμον, σπάνιν τῶν στρατευμάτων καὶ τῶν συμμάχων ἔχοντα. ταῦτα εἰπὼν κάτεισι πρὸς τὸν αὐτοκράτορα. μιξοβάρβαρος δέ τις εἰδήμων τῆς Σκυθικῆς διαλέκτου, συνεὶς τὰ πρὸς τοὺς Σκύθας παρὰ τοῦ Νεάντζη λεχθέντα, ἀπαγγέλλει πάντα C τῷ βασιλεῖ. ἐν αἰσθήσει δὲ τούτου γενόμενος ὁ Νεάντζης, ἀνεζήτει τὸν ἔλεγχον· ἀναισχύντως δ' ὁ μιξοβάρβαρος εἰς μέσον ἐλθὼν ἤλεγχεν. ἐκεῖνος δὲ τὸ ξίφος ἀθρόον σπασάμενος, ἀπέκοψε τἀνθρώπου τὴν κεφαλήν, αὐτοῦ τε τοῦ βασιλέως ὁρῶντος καὶ ἑκατέρωθεν τῶν φαλάγγων ἱσταμένων. καί, οἶμαι, τὴν ὑποψίαν τῆς συκοφαντίας ὁ Νεάντζης ἐκκλίνων ἐκ τῆς σφαγῆς τοῦ συκοφαντοῦντος, ὕποπτον μᾶλλον ἑαυτὸν καθιστᾷ. τί γὰρ μὴ τὸν ἔλεγχον περιέμενεν; ἀλλ', ὡς ἔοικε, γλῶτταν ἐθέλων προαναιρεῖν ἐξορχουμένην τὰς κατ' αὐτὸν D

1. ἴεται PG, correxi. αὐτῶν C, αὐτοῦ PG. 7. συνεβούλευεν G. 9. τετραμμένον G, τετρεμμένον P. ἤδη ὄντα G. 12. συνιεὶς G. 13. πάντα om. CG.

cedit. priusquam exercitus congrederentur, ordinibus iam constitutis, Neantzes collem vicinum ascendit, quo Scytharum, ut aiebat, exercitum specularetur referretque imperatori, quomodo acies eorum instructa esset. sed contraria omnia fecit. Scythis enim lingua ipsorum suasit, ut plaustra ordine collocarent, neve imperatorem metuerent, ex nupera clade iam trepidum fugamque meditantem, quippe qui nec suos nec auxiliares idoneo numero haberet. haec locutus, ad imperatorem descendit. semibarbarus autem quidam, linguae Scythicae peritus, cum intellexisset, quae Neantzes cum Scythis locutus erat, omnia imperatori nuntiavit. quod ubi Neantzes sensit, disquisitionem rei postulat; ibi tum audacter semibarbarus prodit, criminisque eum arguit. at ille, stricto confestim gladio, caput hominis abscidit, imperatore cernente ipso ordinibusque utrimque adstantibus. ita quam amovere a se proditionis suspicionem Neantzes volebat nece accusatoris, auxit potius atque confirmavit. cur enim non exspectabat disquisitionem criminis? verum enimvero cum linguam effutientis fallaciam suam, ut apparet, extinctam cuperet, etiam au-

δολιότητας, τολμᾷ τι καὶ παραβολώτερον, πρᾶγμα ποιήσας
βαρβαρικῆς μὲν ψυχῆς ἄξιον, ὕποπτον δὲ τοσοῦτον, ὅσον καὶ
τόλμης ἐφίκετο. οὐ μὴν ὁ βασιλεὺς εὐθὺς ἐτιμωρήσατο τὸν
V. 168 βάρβαρον οὐδὲ ἐπεξῆλθε, δέον ὄν. ἀλλὰ τὴν μὲν καρδίαν
παλλομένην εἰς θυμὸν καὶ ὀργὴν ἐπέσχεν αὐτίκα, ἵνα μὴ
προσοβήσῃ τὴν θήραν καὶ ταράξῃ τὰς φάλαγγας. ἐταμιεύετο
P. 212 δὲ καὶ ὑπώρυττε τὴν ὀργὴν τῷ Νεάντζῃ, τούτου προδοσίαν
τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὴν ἀποστασίαν καὶ ἀπὸ τῶν προειργασμένων
καὶ ἐξ ἄλλων προμαντευόμενος· ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς εἱστή-
κει τὰ τοῦ πολέμου· καὶ διὰ τοῦτο περιυλακτοῦντα τὸν θυ-
μὸν ὁ βασιλεὺς τέως ἐπεῖχεν, ἀπορῶν τὸ τηνικαῦτα, ὅ τι καὶ
δράσειεν. ὁ μέντοι Νεάντζης μετὰ μικρὸν προσελθὼν καὶ
τοῦ σφετέρου ἀποβὰς ἵππου, ἄλλον ᾐτεῖτο τὸν βασιλέα. καὶ
δίδωσιν αὐτῷ παραχρῆμα ἵππον τῶν ἐκκρίτων μετὰ βασιλι-
κῆς ἐφεστρίδος. εἰς ὃν ἀναβάς, ἐπεὶ τὰ τάγματα κατ' ἀλλή-
B λων διὰ τοῦ μεσαιχμίου ἤδη ᾔεσαν, σχῆμα κατὰ τῶν Σκυ-
θῶν ἱππασίας ποιησάμενος, τὴν ἀκωκὴν τοῦ δόρατος ὄπισθεν
στρέψας, πρὸς τοὺς ὁμογενεῖς φοιτᾷ, πολλὰ κατὰ τῆς βασι-
λικῆς παρατάξεως αὐτοῖς παραινῶν. οἱ δὲ ταῖς ὑποθημοσύ-
ναις αὐτοῦ χρώμενοι, καρτερὸν τὸν μετὰ τοῦ αὐτοκράτορος
συνάψαντες πόλεμον, τρέπουσι κατακράτος. ὁ δὲ βασιλεὺς
διασπασθείσας τὰς φάλαγγας ὁρῶν καὶ φεύγοντας ἅπαντας,

3. ἐτιμωρήσατο: ἐπεπορεύσατο C et in margine P. 4. ἐπεξῆλθε C, ὑπεξῆλθε PG. 6. ἐταμιεύσατο CG. 8. τὴν om. G. 11. τὸ om. G. 15. ἐπιβὰς G. ἐπὶ PG, ἐπεὶ Iac. Gronovius. 20. τὸν add. C.

dacius designavit facinus, barbaro vere dignum et tam suspiciosum, quam temerario ausu. neque tamen imperator statim in barbarum, quemadmodum oportebat, animadvertit, nec in ius eum vocavit; sed exardescentem ira atque indignatione animum repressit, ne proterreret praedam ordinesque turbaret. ac licet proditionem Neantzis atque defectionem mox futuram tum ex iis, quae admiserat, tum ex aliis colligeret, tamen iram in hominem tenuit dissimulavitque. cum enim res in ipso discrimine versaretur, nec imperator, quid ageret, haberet, effervescentem iracundia animum cohibuit. Neantzes autem brevi post adiit ad eum, et suo desiliens equo, alium ab imperatore poposcit. dari confestim imperator eximium ipsi atque regio ornatum strato iussit. quo conscenso, cum exercitus in se iam vaderent, et ipse velut infestus in Scythas equitavit, sed hastae mucrone in nostros verso, suis se immiscuit popularibus, quibus multa de acie imperatoris praecepit. his consiliis barbari usi, gravi pugna commissa, imperatoris copias plane fundunt. qui cum disiectos ordines cerneret

ἐν ἀμηχανίᾳ γενόμενος, παρακινδυνεύειν ἀλόγως οὐκ ἤθελεν. ἔνθεν τοι καὶ τὰς ἡνίας στρέψας, μέχρι τοῦ ῥέοντος ποταμοῦ ἐγγὺς τοῦ Ῥουσίου καταλαμβάνει. κἀκεῖθεν τὸν χαλινὸν ἀνασειράσας, μετά τινων λογάδων ὡς ἐνὸν πρὸς τοὺς διώκον- C τας ἀπεμάχοντο, ἱππασίας κατ' αὐτῶν ποιούμενος, πολλοὺς μὲν κτείνων, ἔστι δ' οὗ καὶ αὐτὸς πληττόμενος. ἐπειδὴ δὲ ἐξ ἑτέρου μέρους καὶ Γεώργιος ὁ Πύρρος καλούμενος φεύγων τὸν ποταμὸν κατελάμβανεν, ἐμβριμησάμενος τοῦτον ὁ αὐτοκράτωρ μετεκαλέσατο πρὸς ἑαυτόν. ὡς δὲ τὸ ἰταμὸν τῶν Σκυθῶν ἑώρα καὶ ὅτι ὅσαι ὧραι πληθύνουσι, καὶ ἄλλων ἐρχομένων εἰς τὴν αὐτῶν ἀρωγήν, τὸν μὲν Γεώργιον αὐτοῦ που καταλέλοιπεν μετὰ τῶν λοιπῶν, παραγγείλας μετὰ φειδοῦς ἀντικαθίστασθαι τοῖς Σκύθαις, μέχρις ἂν αὐτὸς ἐπανέλθοι. γοργῶς δὲ τοῦ ἵππου τὸ ψάλλιον περιστρέψας, τὴν περαίαν τοῦ ποταμοῦ καταλαβών, εἴσεισιν εἰς τὸ Ῥούσιον, καὶ ὅσους D τῶν φευγόντων στρατιωτῶν κεῖθι κατέλαβε, καὶ τοὺς αὐτόχθονας ἅπαντας Ῥουσιώτας, ὁπόσοι στρατεύσιμον τὴν ἡλικίαν εἶχον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς δὴ τοὺς ἀγρότας μετὰ τῶν ἰδίων ἁμαξῶν παρεκελεύσατο θᾶττον ἐξεληλυθότας παρὰ τῷ χείλει τοῦ ποταμοῦ καταστῆναι. τούτου δὲ θᾶττον ἢ λόγου γεγονότος, κατὰ στοίχους τινὰς καταστήσας αὐτούς, αὖθις πρὸς τὸν Γεώργιον ἀναδεδραμήκει, καίτοι ὑπὸ τεταρταϊκοῦ κακοῦ

5. an ἀπεμάχετο? 6. μὲν CG, δὲ καὶ P. δ' add. G.
8. τούτῳ G. 18. ἀλλὰ δὴ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀγρότας G.
19. τὸ χεῖλος CG. 21. κατὰ στοίχους C, καταστοίχους PG.
22. τεταρταϊκοῦ C, τεταρταίου PG. κακοῦ ῥίγους om. G.

omnesque in fugam datos, inops consilii, temere periclitari diutius noluit; versisque habenis usque ad fluvium prope Rusium fluentem recedit. tum vero equum sistens, cum primoribus nonnullis persequentes, quantum poterat, propulsavit, invectusque in eos, multos caedit, interdum et ipse vulneratur. ubi autem ex altera parte Georgius, cognomento Pyrrhus, fugiens ad fluvium pervenit, graviter hunc increpatum imperator ad se arcessivit. sed cum temeritatem Scytharum animadverteret, augerique in horas numerum eorum, aliis super alios auxilio venientibus, Georgio cum ceteris ibi relicto mandavit, ut modice Scythis obsisteret, dum ipse reverteretur. dein celeriter equo converso, amnem traiicit, Rusiumque ingressus, quotquot fugientes illic milites invenit, indigenasque omnes Rusiotas, quicunque militari erant aetate, ipsos insuper rusticos cum plaustris suis prodire confestim atque ad ripam fluminis consistere iubet. quibus dicto citius factis, postquam ordine quodam istos disposuit, ad Georgium recur-

ῥίγους πιεζόμενος, ὡς καὶ τοὺς ὀδόντας ἀπὸ τῆς φρίκης προσαράσσειν. ἐπισυναχθὲν δὲ καὶ τὸ ἅπαν Σκυθικὸν στράτευμα ὡς τὴν διττὴν ἐθεάσαντο παράταξιν καὶ τὸν αὐτοκράτορα
P. 213 οὕτως ἀγωνιζόμενον, τὸ φιλοκίνδυνον αὐτοῦ ἐπεγνωκότες καὶ ὅτι ὁ αὐτὸς κἀν ταῖς νίκαις κἀν ταῖς ἥτταις ἐστί, τὴν ἀνύποιστον τούτου ἐπεγνωκότες ὁρμήν, ἑστήκεσαν μὴ ἀποθαρροῦντες τὴν μετ' αὐτοῦ συμπλοκήν. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τὸ μέντοι ὑπὸ ῥίγους συνεχόμενος, τὸ δὲ πλεῖστον ὅτι οὔπω οἱ σκεδασθέντες ἅπαντες ἔφθασαν συνεληλυθέναι, ἵστατο καὶ αὐτὸς παραθέων καὶ μετρίως ἱππαζόμενος καὶ κατ' αὐτῶν θάρσος ἐνδεικνύμενος. συνέβαινεν οὖν ἄμφω τὰ στρατεύματα ἀτρεμοῦντα μέχρις ἑσπέρας ἑστάναι. ἐπεὶ δὲ ἡ νὺξ ἤδη
V. 169 προήει, ἀμαχητὶ πρὸς τὰς ἰδίας ἐπανέστρεψαν παρεμβολάς.
B ἐδεδίεσαν γὰρ καὶ ἀποθαρρεῖν οὐκ εἶχον τὸν πόλεμον. οἱ δέ γε κατὰ τὴν πρώτην μάχην ἄλλοι ἀλλαχοῦ σκεδασθέντες, κατὰ μικρὸν αὖθις πρὸς τὸ Ῥούσιον ἐπανήρχοντο· οἱ πλείους δὲ τούτων καὶ μάχης παντελῶς ἄγευστοι. ὁ δέ γε Μοναστρᾶς καὶ Οὐζᾶς καὶ ὁ Συνέσιος, ἄνδρες Ἀρηΐφιλοι καὶ μαχιμώτατοι, διὰ τοῦ Ἄσπρου καλουμένου τῷ τότε διελθόντες χωρίον, ἀπόμαχοι καὶ αὐτοὶ τὸ Ῥούσιον καταλαμβάνουσιν.

10. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ὑπὸ τοῦ συνέχοντος αὐτόν, ὡς ἔφην, ῥίγους βιαζόμενος, κατεκλίθη μικρὸν ἑαυτὸν ἀνακτη-

4. οὕτως: τοσοῦτον P in margine. 5. κἂν ἐν ταῖς νίκαις G. 12. ἤδη om. G. 13. ὑπέστρεψαν G. 15. ἄλλοι ἀλλαχοῦσε PG, ἄλλοσε ἀλλαχῆ P in margine, ἀλλαχοῦ C. an ἀλλαχόσε? 16. πρὸς: εἰς CG. 22. ἀνακτησάμενος G.

rit, licet frigore quartanae ita affectus, ut dentes colliderentur. Scytharum copiae ibidem congregatae, cum duplicem conspicerent Romanorum aciem atque contentionem imperatoris, cuius promtum ad pericula et in victoriis iuxta cladibusque immutatum animum nossent, impetum eius sustinere se posse desperantes, invadere non audebant. imperator autem, cum frigore correptus, tum maxime, quod dispersi fuga nondum omnes convenerant, stabat et ipse, circuiens ordines crebroque obequitans et hostibus ostentans animum. quo factum est, ut usque ad vesperam uterque exercitus loco non moveret; nox autem ubi adfuit, in sua uterque castra reversus est: metu enim acie decernere non audebant. interim dispersi prima pugna alius alio, paulatim Rusium revertebant; plerique eorum certamini omnino non interfuerant. Monastras autem Uzasque et Synesius, homines bellicosissimi, Aspro, qui dicitur locus, transito, proelii et ipsi expertes, Rusium perveniunt.

10. At imperator febri, qua aegrum eum fuisse docuimus, coa-

σόμενος. ἀλλ' ὅμως οὐδ' οὕτως ἠρέμει, σκεπτόμενος, τί ἂν χρὴ τὴν αὔριον ποιῆσαι. προσελθὼν δ' ὁ Τατράνης, (Σκύ- C θης δὲ οὗτος ὁ ἀνὴρ πολλάκις αὐτομολήσας πρὸς τὸν αὐτοκράτορα καὶ παλινδρομήσας αὖθις οἴκαδε καὶ τοσαυτάκις παρ' αὐτοῦ συμπαθείας ἀξιωθεὶς καὶ πολὺν τὸν πόθον εἰς αὐτὸν διὰ τὴν τοσαύτην ἀνεξικακίαν ἐσχηκώς,) τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ ὅλῃ ψυχῇ καὶ φρονῶν καὶ πραγματευόμενος ἔφη· "ἐλπίς ἐστί μοι, βασιλεῦ, κατὰ τὴν αὔριον τοὺς Σκύθας κυκλῶσαι ἡμᾶς καὶ οὕτω τὸν μεθ' ἡμῶν ἀναζητῆσαι πόλεμον. χρὴ τοίνυν προλαβόντας ἔξω τῶν τειχῶν αὐγαζούσης ἡμέρας παρατάξασθαι." ἐπαινέσας δὲ τοῦτον ὁ βασιλεὺς καὶ ἀποδεξάμενος τῆς βουλῆς, συνέθετο ἡλίου ἀνίσχοντος πέρας ταύτην λαβεῖν. D ὁ δὲ ταῦτ' εἰπών, ἀπελθὼν τοιαῦτα πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ἀπεστομάτισε τῶν Σκυθῶν· "μὴ ἐπαίρεσθε διὰ τὰς προγεγενημένας ἥττας τοῦ αὐτοκράτορος, μηδὲ ὀλιγοστοὺς ὁρῶντες ἡμᾶς, τὴν μεθ' ἡμῶν ἀγαθαῖς ἐλπίσι θαρρεῖτε μάχην. ἄμαχος τὴν ἰσχύν ἐστιν ὁ κρατῶν καὶ πολὺ μισθοφορικὸν ὅσον ἤδη ἐλπίζεται καταλαβεῖν. καὶ εἰ μὴ τὴν μετ' αὐτοῦ εἰρήνην σπάσησθε, τὰ σώματα ὑμῶν οἰωνοὶ ἔδονται." τοιαῦτα μὲν τὰ τοῦ Τατράνη πρὸς τοὺς Σκύθας. ὁ δέ γε αὐτοκράτωρ μελετήσας τοὺς κατὰ πεδιάδα νεμομένους ἵππους αὐτῶν P. 214

2. τὴν C, τὸ G, τὸν P. τραγάνης G et in margine P. 4. τοσαύτης CG. 11. τοῦτο CG. 19. ἀποπτύσεσθε G et in margine ἀποσπάσησθε. lege ἀσπάσησθε, ut supra 308, 17.

ctus, decubuit paullulum, quo se reficeret. verum ne tum quidem otiosus plane erat, sed circumspiciebat, quid postero mane faciendum esset. talia meditantem adit Tatranes, (Scytha hic erat, qui cum saepius ad imperatorem transiisset, atque ad suos rursus reversus esset, toties venia delicti et impunitate ab imperatore impetrata, ob hanc clementiam magno eum amore prosequebatur,) hic igitur imperatori toto pectore studens, "suspicio, inquit, mihi est, imperator, crastino mane Scythas nobiscum circumventis proelium inituros esse. itaque oportet nos antevertere, et prima luce aciem ante moenia instruere." laudavit virum imperator, probatoque consilio eius, oriente sole, quae suadebat, facere constituit. Tatranes autem, postquam ita ad imperatorem locutus est, Scytharum duces adiit, et "ne efferamini, inquit, propter victorias, quas de imperatore reportastis; neve quod exiguo nos numero videtis, vincendi fiducia proelium incipiatis. nam invicti roboris imperator est et multi auxiliarii milites iamiam exspectantur. nisi pacem cum eo complectamini, cadavera vestra vulturibus epulas dabunt." haec Tatranes ad Scythas. imperator autem innumeros, qui in campo pascebantur, Scytharum equos quotidie agrum

ἀναλαβέσθαι (ἦσαν δὲ παμπληθεῖς) ληϊζομένων ὁσημέραι τὰς νύκτας τὴν ἡμεδαπὴν χώραν, μεταπεμψάμενος τόν τε Οὐζᾶν καὶ τὸν Μοναστρᾶν, ἐπέσκηψε μεθ' ἱππέων ἐκκρίτων ἐξ ὀπισθίων τῶν Σκυθῶν διελθόντας κατὰ τὸ περίορθρον τὰς πεδιάδας καταλαβεῖν, καὶ τοὺς ἵππους ἅπαντας καὶ τὰ ἄλλα κτήνη σὺν αὐτοῖς νομεῦσιν ἀναλαβέσθαι, καὶ μὴ δεδιέναι παρεκελεύετο. "ἡμῶν γάρ, φησι, κατὰ πρόσωπον αὐτοῖς μαχομένων, ὑμεῖς ῥᾳδίως τὸ κελευσθὲν ἐκπληρώσετε." οὐδαμῶς δὲ τοῦ σκοποῦ διημάρτηκεν. ὁ γὰρ λόγος ἔργον εὐθὺς ἐγεγόνει. αὐτὸς δὲ τὴν κατ' αὐτοῦ τῶν Σκυθῶν ἐπέλευσιν προσδόκιμον ἔχων, οὐκ ἐδίδου ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς, οὐδ' ἐπινυστάζων ὅλως ἦν. ἀλλὰ μεταπεμπόμενος δι' ὅλης νυκτὸς τοὺς στρατιώτας, καὶ μᾶλλον τοὺς τῆς τοξείας εἰδήμονας, πολλὰ περὶ τῶν Σκυθῶν ὡμίλει, ἐπαλείφων οἷον αὐτοὺς καὶ τὰ συνοίσαντα πρὸς τὴν ἐλπιζομένην ἐς νέωτα μάχην ξυμβουλεύων, ὅπως δεῖ τόξον τείνειν καὶ βέλη πέμπειν, ἔστιν οὗ καὶ τοὺς ἵππους ἀνασειράζειν καὶ αὖθις ἐνδιδόναι τὸν χαλινόν, καὶ ἀποβαίνειν τῶν ἵππων, εἰ καὶ τοῦτο χρή. ἀλλὰ ταῦτα

B (at line "γόνει. αὐτὸς δὲ …") — see margin

V. 170 μὲν τὰ τῆς νυκτὸς ἔργα. μικρὸν δὲ ὑπνώσας, ἐπεὶ τῆς ἡμέρας

C ἤδη ἐπιφωσκούσης οἱ λογάδες ἅπαντες τῶν Σκυθῶν διαπεραιωθέντες τὸν ποταμὸν . . . τὸν πόλεμον ἀναζητεῖν ἐῴκεσαν, καὶ ἤδη πέρας ὁ τοῦ αὐτοκράτορος ἐλάμβανε στοχασμός, (δεινὸς γὰρ

1. καὶ νυκτὸς G. 4. περιόρθρον τοὺς ἵππους τούτων καὶ τἄλλα κτήνη A. 7. παρεκελεύσατο CG. φησι add. A. αὐτῶν A. 8. ἐκπληρώσατε A. 10. προσδοκῶν A. 11. οὐδὲ A. 12. ἦν δλως G. 15. lege συνοίσοντα. vid. annotat. 20. ἐπιφωσκούσης CA, ἐπιφωσκώσης PG. 21. ποταμὸν τὸν πόλεμον CA.

nostrum noctu devastantium capere in animo habens, Uzam Monastramque arcessivit, eosque cum lectis equitibus hostium terga circumvectos, primo diluculo planitiem occupare, atque omnes equos ceteraque iumenta cum ipsis pastoribus capere iussit. addit "nolite metuere; nobis enim a fronte pugnantibus, vos facile mandata exsequi poteritis." nec spes eum fefellit; nam quod dixerat, statim eventum habuit. ipse Scytharum impetum exspectans, somnum illa nocte non vidit oculosque ne connivere quidem passus est. sed tota nocte milites, iaculatores maxime, arcessitos confirmavit ac multa ad usum pugnae postero die committendae edocuit, praecepitque, quomodo arcum tenderent et tela mitterent, subinde etiam equum vel refrenarent vel admitterent, vel, si opus esset, desilirent. haec nocte agebat; quiete autem modica sumta, cum prima luce duces omnes Scytharum traiecto fluvio proelium capessuri viderentur, iamque coniectura impera-

ἦν προϊδέσθαι τὸ μέλλον, ἐμπειρίαν πολλὴν τῇ πυκνότητι τῶν ὁσημέραι κατ' αὐτοῦ ἐπανισταμένων πολέμων λαβών,) ἐπιβὰς παραχρῆμα τοῦ ἵππου, τὴν ἐνυάλιον ἠχῆσαι προσέταττε σάλπιγγα, καὶ τὰς φάλαγγας καταστησάμενος, αὐτὸς ἐπὶ τοῦ μετώπου εἱστήκει. ὁρῶν δὲ τοὺς Σκύθας ἰταμώτερον ἢ πρότερον ἐπικαταλαμβάνοντας, παραχρῆμα τοὺς τῆς τοξείας εἰδήμονας ἀποβῆναι τῶν ἵππων καὶ βάδην κατ' αὐτῶν ἰέναι ἐπέ- D
σκηψεν καὶ συνεχῆ τὰ τόξα τείνειν· τὸ δέ γε λοιπὸν τῆς παρατάξεως κατόπιν τούτων ἵετο καὶ αὐτὸς ὁ αὐτοκράτωρ, τὸ μέσον διέπων τοῦ στρατεύματος. οἱ δὲ τοῖς Σκύθαις μετα τόλμης προσέβαλον. καρτερᾶς δὲ τῆς μάχης γεγονυΐας, τὸ μὲν τῇ πυκνότητι τῶν βελῶν, τὸ δὲ καὶ τὸν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ συντάγματος συνασπισμὸν ὁρῶντες καὶ αὐτὸν δὴ τὸν αὐτοκράτορα ἐκθύμως μαχόμενον, ἐκδειματωθέντες παλιμπόρευτοι γεγό- P. 215
νασι, τὸν ποταμὸν εἰς τοὐπίσω σπεύδοντες διαπερᾶν, πρὸς τὰς σφῶν ἁρμαμάξας τὴν φυγὴν ποιούμενοι. ἐδίωκον γὰρ ὅλους ῥυτῆρας ἀφέντες οἱ τῆς Ῥωμαϊκῆς φάλαγγος, οἱ μὲν τοῖς δόρασι κατὰ τῶν μεταφρένων παίοντες, οἱ δὲ τοῖς βέλεσι τούτους βάλλοντες. πολλοὶ μὲν οὖν πρὸ τοῦ παρὰ τὸ χεῖλος ἐφθακέναι τοῦ ποταμοῦ ἀναιρεθέντες πίπτουσι, πολλοὶ δὲ καὶ ἀνὰ κράτος φεύγοντες ταῖς δίναις ἐμπίπτοντες τοῦ ποταμοῦ παρασυρόμενοι ἐναπεπνίγοντο. ἐκθυμότερον δὲ ἁπάντων κατὰ B

7. τῶν ἵππων ἀποβῆναι ἐπέσκηψε καὶ βάδην χωρεῖν κατὰ τῶν σκυθῶν. καρτερᾶς δὲ A. 8. τῆς add. G. 12. τῇ πυκνότητι A, τὴν πυκνότητα PG. 16. ἁμάξας A. 17. Ῥωμαίων CG. 21. ἀνὰ κράτος A, ἀνακράτος PG. 22. ἀποσυρόμενοι G. ἐναπεπνίγοντο CAG, ἀπεπνίγοντο P.

toris evaderet, (nam acutus erat in praecipiendis futuris magnamque sibi experientiam ex proeliis quotidie commissis paraverat,) equo statim conscenso, signum dari iussit, instructaque acie, in fronte stetit ipse. cumque Scythas vehementius quam antea irruere animadverteret, confestim iaculatores descendere equis iubet et pedibus procedere, nulla iaculandi intermissione facta. quos sequebantur reliquae copiae ipseque imperator in media curans acie. audacter illi Scythas aggrediuntur; ac postquam acriter pugnatum est, barbari, et propter telorum multitudinem, et quoniam confertam Romanorum aciem imperatoremque ipsum fortissime pugnantem videbant, metu terga vertunt fluviumque iterum traiicere festinant, carraginem repetentes. insequebantur toto impetu Romanorum ordines, partim hastis terga pulsantes, partim iaculis ferientes. itaque multi, priusquam ad fluvii ripam pervenirent, percussi cecidere; multi sine respectu fugientes, amnis gurgitibus hausti, misere perierunt. fortissime omnium illo die

τὴν ἡμέραν ἐκείνην, οἱ περὶ τὸν αὐτοκράτορα διαπονούμενοι θεράποντες ἠγωνίσαντο. ἦσαν γὰρ ἀκμῆτες ἅπαντες. ὁ δέ γε αὐτοκράτωρ ἔκδηλος ἀριστεὺς κατὰ ταυτηνὶ τὴν ἡμέραν ἀναδειχθείς, νικητὴς πρὸς τὴν ἰδίαν παρεμβολὴν ὑπέστρεψεν.

11. Ἐπὶ τρισὶν οὖν ἡμέραις αὐτοῦ που διαναπαυσάμενος, ἐκεῖθεν ἀπάρας καταλαμβάνει τὴν Τζουρουλόν. σκοπήσας δέ, ὡς χρὴ μὴ ταχέως ἐκεῖθεν μεταστῆναι, τάφρον ἀπο-
C χρῶσαν πρὸς τὸ ἀνατολικώτερον μέρος τοῦ πολιχνίου ταῖς προσούσαις αὐτῷ δυνάμεσι διορύξας, τήν τε βασιλικὴν σκηνὴν καὶ τὰς σκευὰς ἁπάσας εἴσω τούτου κατέθετο. οἱ δέ γε Σκύθαι ἐπιόντες καὶ οὗτοι κατὰ τῆς Τζουρουλοῦ, ἐπειδὴ προκαταλαβεῖν τὸν αὐτοκράτορα ταύτην ἠκηκόεισαν, διαβεβηκότες τὸν ἀνὰ τὴν πεδιάδα ῥέοντα ποταμὸν ἀγχοῦ που τοῦ πολιχνίου τούτου, (Ξηρόγυψον τοῦτον ἐγχωρίως κατονομάζουσι,) τὸν χάρακα ἐπήξαντο, μεταξὺ ὄντες τοῦ τε ποταμοῦ καὶ τοῦ πολιχνίου. καὶ οἱ μὲν ἦσαν ἔξωθεν τὴν πόλιν ταύτην κυκλώσαντες· ὁ δὲ βασιλεὺς ἔνδον ἐναπειλήπτο καθάπερ πολιορ-
D κούμενος. ἀλλ' ἐπεὶ νὺξ κατέλαβεν, ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταί, τοῦτο δὴ τὸ τῆς Καλλιόπης Ὁμήρου, εὗδον· τὸν δὲ αὐτοκράτορα Ἀλέξιον οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος. ἀλλὰ διηγρύπνει τε καὶ ἀνέλιττε λογισμούς, ὅπως τὸ θράσος

4. ἐπανέστρεψεν A. 5. τρισὶν οὖν A, τρισὶ γοῦν PG. αὐτόθι A. ἀναπαυσάμενος A. 9. τε om. A. 10. γε add. A. 11. σκύθαι τὸν οὕτω πως ἐγχωρίως ποταμὸν τὸν καλούμενον ξυλόγυψον διαβεβηκότες τὸν χάρακα ἐπήξαντο A. 15. ὄντες om. A. τε om. A. 19. τὸ ὁμήρειον A. 20. εἶχεν C. ἥδυμος C. 21. ὅ γε . . . πνει A. ἀνείλιπτε A. lege ἀνείλιττε.

imperatoris domestici pugnaverunt; erant enim omnes ipso aetatis flore. imperator autem, qui heroem sane virtute excellentem hoc die se probavit, victor in castra reversus est.

11. Trium ibi dierum quiete capta, Tzurulum proficiscitur; unde cum non ita cito movendum censeret, castra idonea magnitudine copiis, quae tum aderant, ad orientalem oppidi metatus partem, tabernaculum regium vasaque omnia ibi deposuit. Scythae et ipsi Tzurulum adibant; sed ut praeoccupatum oppidulum ab imperatore audiverunt, traiecto amne, qui per planitiem haud procul fluit (Xerogypsum indigenae eum appellant,) castra amnem inter et oppidulum posuerunt. atque hi quidem urbem illam circumsidebant; imperator intus quasi obsessus tenebatur. nox ubi adfuit, ceteri quidem dii ac proeliatores, ut Calliope Homeri ait, dormiebant, at imperator Alexius dulci haud declinavit lumina somno, sed vigil dispiciebat ani-

τῶν βαρβάρων τέχνῃ καταγωνίσηται. ἰδὼν τοίνυν ὡς τὸ πο-
λίχνιον τοῦτο ἡ Τζουρουλὸς ἐπὶ λόφου ἀνεζηκότος τετείχι- V. 171
στο, τὸ δὲ βάρβαρον ἅπαν κάτω που περὶ τὴν πεδιάδα ἅπαν
ηὐλίσατο, ἐπεὶ μὴ ἀποχρῶσαν πρὸς τοσαῦτα πλήθη δύναμιν
εἶχεν, ὥστε τὴν μετ' αὐτῶν ἀποθαῤῥῆσαι μάχην κατασυστά-
δην, ἐπινοεῖταί τι καὶ μάλα εὐμήχανον. ἀναλαβόμενος τὰς
τῶν οἰκητόρων ἁμάξας καὶ ταύτας ἀφελὼν ἀπὸ τῶν ἐπικραβ-
βάτων, τούς τε τροχοὺς τούτων καὶ τοὺς ἄξονας ἄνω κα-
τέσχε, καθ' οὕτως ἔξω τοῦ τείχους ἐπὶ τῶν κρηδέμνων
ἐφεξῆς ἀπαιωρεῖ διά τινων καλωδίων ἐναποδεσμουμένων ταῖς P. 216
ἐπάλξεσι τῶν τειχῶν. καὶ ἅμα τε τοῦτο ἐνενόησε καὶ εἰργά-
σατο. καὶ μιᾶς ὥρας ἐναπεκρέμαντο κύκλῳ οἱ τροχοὶ μετὰ
τῶν ἀξόνων, ὥσπερ τινὲς ἐφεξῆς κυκλοὶ κείμενοι, καὶ ἀλλή-
λοις ἐγγίζοντες καὶ τοῖς ἄξοσιν αὐτῶν ξυνδεσμούμενοι. πρωΐ-
θεν δὲ ἀναστὰς καὶ αὐτός τε ὁπλισάμενος καὶ τοὺς ἄλλους
ὁπλίσας, ἐξάγει τοῦ τείχους, ἀντιμετώπους στήσας τοὺς στρα-
τιώτας τοῖς βαρβάροις. συνέβαινε δέ, ἐφ' ἃ μέρη τὰ κύκλα
τῶν τροχῶν ἀπῃώρηται, ἐπ' ἐκεῖνα καὶ τοὺς ἡμετέρους στρα-
τιώτας ἵστασθαι καὶ ἀντικρὺ κεῖσθαι κατὰ μίαν γραμμὴν τὸ
ἀντίθετον. καὶ τὸ ἐντεῦθεν αὐτὸς μέσον τῆς ἀμφ' αὐτὸν πα- B

1. καταγωνίσηται A, καταγωνήσηται P, κατασοφίσηται CG. ἰδὼν — τετείχιστο om. CG. 2. an ἀνεστηκότος? 3. ἅπαν alterutrum delendum. 5. ἀποθαῤῥῆσαι C, ἀναθαῤῥῆσαι PG. 8. τούτων add. A. κατέχειν G. 10. ἐφεξῆς om. A. διὰ καλωδίου A. ἀποδεσμουμένων A. 11. ἐνενόησε καὶ C, ἐπενόησέ τε καὶ PG. 13. ἀλλήλοις C, ἀλλήλους PG. 14. δεσμούμενοι CG. 15. ἀναστὰς, ὁπλισθέντας τοὺς στρατιώτας ἐξάγει τοῦ τείχους, ἀντιμετώπους στήσας τοῖς βαρβάροις A. 17. τοῖς βαρβάροις τοὺς στρατιώτας G, τοῖς τοὺς στρ. βαρβάροις P, recte C. 20. μέσον A, μέσης P, μὲν CG. vid. annotat.

mo, quomodo audaciam barbarorum arte superaret. itaque Taurulum oppidulum cum in eminenti colle situm esset, barbarorum autem exercitus totus planitiem obtineret, quoniam non satis copiarum habebat, ut adversus tantam multitudinem cominus pugnaret, astum excogitavit callidissimum. plaustra incolarum cogit; tum rotas et axes, a reliquis plaustrorum partibus seiunctas, extrinsecus e summo muro ordine continuo suspendit, funibus ad murorum pinnas alligatis. quod consilium simul ut cepit, statim exsecutus est, uniusque horae spatio suspensae erant circa axibus connexae rotae, veluti orbes inter se contingentes. diluculo imperator surgens sese ipse armat, ceterosque armari iussos moenibus mox educit in hostes. accidit autem, ut qua parte rotarum orbes pendebant, ibi Romana explicaretur acies, atque

ρατάξεως ἑστηκώς, συνεβούλευεν, ἐπὰν ἡ σάλπιγξ τὸ ἐνυάλιον ἠχήσῃ, ἀποβάντας τῶν ἵππων τοὺς στρατιώτας σχολῇ καὶ βάδην κατὰ τῶν ἐναντίων χωρεῖν, τόξοις τὰ πολλὰ χρωμένους καὶ ἀκροβολισμοῖς, καὶ τὴν φάλαγγα τῶν Σκυθῶν εἰς ἑαυτοὺς προκαλεῖσθαι· ἐπὰν δὲ τούτους παρασυρέντας καὶ ἐπ' αὐτοὺς ἐγκεκραγότας τοὺς ἵππους θεάσαιντο, προτροπάδην ὀπισθορμήτους γενομένους ὀλίγον διαιρεθῆναι τηνικαῦτα διχῇ εἰς δεξιόν τε καὶ εὐώνυμον μέρος, καὶ χώραν δοῦναι τοῖς ἐναντίοις ἐς τοσοῦτον, ἕως ἂν τοῦ τείχους πλησίον γένοιντο. τούτου δὲ γεγονότος, παρήγγελτο τοῖς ἄνωθεν ἑστηκόσιν ἀπὸ
C τοῦ τείχους, ὁπηνίκα τὴν σχίζαν τῶν φαλάγγων θεάσαιντο, ξίφεσι τὰ καλώδια κόπτειν καὶ ἀφεῖναι τοὺς τροχοὺς μετὰ τῶν ἀξόνων ἄνωθεν κάτω κατακρημνίζεσθαι. ἐγένετο ταῦτα κατὰ τὸ τοῦ βασιλέως παράγγελμα. καὶ ἀθρόοι μὲν ἐπαρράξαντες ἦσαν οἱ Σκύθαι σὺν ἀλαλαγμῷ βαρβαρικῷ ἱππόται κατὰ τῆς ἡμεδαπῆς παρατάξεως, πεζῇ καὶ βάδην κατ' αὐτῶν ἱεμένων πάντων, μόνου δὲ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπόχου συγκατιόντος αὐτοῖς. οἱ δὲ κατὰ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος τέχνην ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείψαντες καὶ οἷον ἀναποδίσαντες, διεσχίσθησαν ἀπ' ἀλλήλων, ὡς οὐκ ἄν τις ἤλπισεν, ὥσπερ θύραν τοῖς βαρβάροις πλατυτάτην εἰς τὴν εἴσοδον ὑπανοίξαν-

2. ἠχήσῃ C, ἐπιβοήσειε P, ἐμβοήσειε A, ἐνηχήσῃ τὸ ἐνυάλιον G. 5. αὐτὸ A. 8. τε om. G. 9. ἐς τοσοῦτον om. A. 11. τὴν om. G. 13. ἐγένοντο οὖν A. 14. παράγγελμα, πεζῇ A. lege ἐπαράξαντες. 15. ᾔεσαν G. 17. ἱεμένων πάντων κατ' αὐτῶν AG. ἱεμένων correxi hic et infra. 18. οἱ δὲ: αὐτίκα γοῦν οἱ μὲν τοῦ βασιλέως, κατὰ τὴν ἐκείνου τέχνην, γόνυ A. 21. πλατύτατον A. ὑπανοίξαντες A, ἀνοίξαντες CG, ἀνεῴξαντες P.

exadverso hostilis exercitus staret. Ipse mediam tenens aciem, suis edixit, ut, quum primum classicum cecinerit, omissis equis, lento gradu in Scythas vaderent eosque eminus lacessendo in se elicerent. iam si hos cernerent, equis incitatis, irruere, in fugam se coniicerent; sed paullulum dextrorsum sinistrorsumque discedentes, hostibus locum darent tantisper, dum ad muros accessissent. quod ubi conspexissent, qui in moenibus stabant, gladiis funes dissecare rotasque cum axibus deorsum praecipitare iubentur. fiunt imperata. Scythae conferto agmine, truci sublato clamore, equis aggrediuntur, dum nostri pedibus lente procedunt, solo imperatore equo vehente. dein hi ex imperatoris consilio genua presso gradu alternantes et quasi recedentes, in duas partes discedunt praeter exspectationem, ita ut aditum ad oppidum barbari haberent amplissimum. qui ubi per hoc aciei quasi ostium penetrarunt, rotae impetu ultra cubitum a muro ablatae, (nam

τες. καὶ ἅμα οἱ μὲν Σκύθαι εἴσω τοῦ στομίου τῆς ἑκατέρωθεν D φάλαγγος ἐγεγόνεισαν, οἱ δὲ τροχοὶ μετά τινος ῥοίζου καὶ καταφορᾶς ἐνεχθέντες, ὑπὲρ πῆχυν ἀπὸ τοῦ τείχους ἕκαστος ἐφαλλόμενοι, ἅτε τῶν κυρτοτήτων ἑκάστου τροχοῦ ἀποκρουσθεισῶν ἐκ τοῦ τείχους καὶ οἷον ἀποσφενδονηθεισῶν, εἰς μέσους τοὺς ἱππότας τῶν βαρβάρων ἐξεκυλίσθησαν, ῥύμην λαβόντες σφοδροτέραν. τὸ μὲν καὶ ἀπὸ τῆς ἀθρόας καταφορᾶς τῷ φυσικῷ πειθόμενοι βάρει, τὸ δὲ καὶ ῥοπὴν λαβόντες ἀκάθεκτον ἀπὸ τοῦ κατάντους τόπου, σφοδρῶς τε τοῖς P. 217 βαρβάροις ἐνέπιπτον καὶ πανταχόθεν αὐτοὺς περιέθλιβον, τὰ σκέλη τῶν ἵππων ὥσπερ θερίζοντες, καὶ ἀμφότερα ἑκατέρωθεν ἀπό τε τῶν ἐμπροσθίων καὶ ὀπισθίων μερῶν διατεμνόμενοι, ὀκλάσαι τοὺς ἵππους, ἐφ' ἃ μέρη τὴν πληγὴν ἀνεδέξαντο, κατηνάγκασαν καὶ τοὺς ἱππότας συγκαταβαλεῖν. ὧν ἐπαλλήλων V. 172 καὶ συχνῶν πιπτόντων, ἐξ ἑκατέρου δὲ καὶ τῶν στρατιωτῶν κατ' αὐτῶν ἱεμένων, καὶ δεινῆς τῆς μάχης τοῖς Σκύθαις πανταχόθεν ἐφισταμένης, οἱ μὲν τοῖς πεμπομένοις ἀνῃροῦντο βέλεσιν, οἱ δὲ διὰ τῶν δοράτων ἐπλήττοντο, τῶν δὲ λοιπῶν οἱ B πλείους ὑπὸ τῶν τροχῶν σφοδρῶς καταφερομένων συνωθούμε-

1. καὶ ἅμα: οἱ δέ γε σκύθαι σὺν ἀλαλαγμῷ βαρβαρικῷ κατὰ τῆς ῥωμαϊκῆς παρατάξεως ἱππόται συῤῥήξαντες, εἴσω τοῦ στομίου A. τῶν ἑκατέρωθεν φαλάγγων CG, τῶν ἑκατέρων φαλάγγων A. 3. ἐνεχθέντες τοῦ τοίχου, καὶ οἷον ἀποσφενδονηθέντες A. ἐνεχθέντες ὑπὲρ πῆχυν, ἀπὸ PG. interpunctionem mutavi. 4. ἀφελόμενοι CG. τροχῶν CG. 6. τῶν βαρβάρων ἱππότας G. 7. σφοδροτάτην CG. καὶ om. G. 8. βάζει P. 9. τοῦ τόπου P, τόπου CG, τόπους A. τε om. A. κατὰ τὰ βάρβαρα G, τὰ βάρβαρα C. 10. ἀνέπιπτον C. 13. ἐδέξαντο CG. 14. ἐπαλλήλων A, ἐπ' ἀλλήλων PG. 15. πιπτόντων ἐξ ἑκατέρων, καὶ τῶν A. 17. ἁπανταχόθεν G. τοὺς πεμπομένους G. 19. κατ' αὐτῶν φερομένων A.

orbes earum, repercussi muro, tanquam machina emittebantur,) in medios equites barbarorum devolvebantur; ac partim sua praecipitantes mole, partim declivitate loci vim nactae, vehementer in barbaros incurrebant ab omnique parte eos affligebant, crura equorum quasi demetentes; cumque anteriora aliis, aliis posteriora frangerent, procumbere equos, qua parte ictus acceperant, et deiicere equites cogebant. quorum cum alii post alios magno numero caderent, utraque insuper ex parte milites nostri advolarent, acri undique certamine orto, alii sagittis obtruncantur, alii hastis; reliqui plerique irruentium rotarum impetu ad amnem compulsi, fluctibus obruuntur. postridie cum superstites Scythas proelium repetere, suos autem bono omnes animo esse animadverteret, armari hos iussit; sumtisque et ipse ar-

νοι πρὸς τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ ἀπεπνίγησαν. τῇ δὲ μετ' αὐτήν, ἐπεὶ πάλιν τοὺς καταλειφθέντας Σκύθας πρὸς πόλεμον ὁρμῶντας ἑώρα, τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἅπαντας τεθαρρηκότας κατανοήσας, ὁπλίσασθαι παρεκελεύσατο. σιδηροφορήσας δὲ καὶ αὐτὸς καὶ πολέμου σχῆμα διατυπώσας, πρὸς τὸ πρανὲς κάτεισιν. εἶτα δὴ τὰς φάλαγγας ἐπιστρέψας κατὰ πρόσωπον τοῖς Σκύθαις ἵστατο, ἐφ' ᾧ τὸν μετ' αὐτῶν, ὡς ἐνόν, συνάψαι πόλεμον. αὐτὸς μὲν οὖν τὴν μέσην τῶν ταγμάτων εἶχε χώραν· μάχης δὲ καρτερᾶς γενομένης, τὴν νικῶσαν τηνικαῦτα C παρ' ἐλπίδας αἱ Ῥωμαϊκαὶ εἶχον φάλαγγες, καὶ ἐδίωκον τούτους ἀκρατῶς· ἐπεὶ δ' ἱκανὸν διάστημα τούτους ἑώρα διώκοντας ὁ αὐτοκράτωρ, δεδιὼς μὴ λοχῶντές τινες αἰφνιδίως ἐπεισπεσόντες τοῖς Ῥωμαίοις παλίντροπον τὴν τῶν Σκυθῶν φυγὴν ἀπεργάσωνται, καὶ προστεθέντες τούτοις καὶ οἱ φεύγοντες μέγα τὸ δεινὸν τῇ Ῥωμαϊκῇ στρατιᾷ ἐπάξωσιν, ἱππασίας πυκνὰς ποιούμενος, ἀνασειράζειν τοὺς χαλινοὺς καὶ τοὺς ἵππους ἀναψύχειν τοῖς στρατιώταις ἐκέλευεν. οὕτω γοῦν κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἄμφω διαστήτην τὰ στρατεύματα. οἱ μὲν γὰρ φυγάδες, ὁ δὲ βασιλεὺς χαίρων νικητὴς λαμπρὸς πρὸς τὴν ἰδίαν παρεμβολὴν ἐπάνεισιν. οἱ δὲ Σκύθαι κατα- D κράτος ἡττηθέντες μεταξὺ τοῦ Βουλγαροφύγου καὶ τῆς μικρᾶς Νικαίας τὰς σκηνὰς ἐπήγνυντο. χειμῶνος δὲ ἤδη ἐπι-

2. πάλιν om. A. πόλεμον ἑώρα τεθαῤῥηκότας ὁ βασιλεύς· καὶ αὐτὸς τὰς οἰκείας φάλαγγας καταστησάμενος, καὶ τὴν μέσην τῶν ταγμάτων ἐπέχων χώραν, κατ' αὐτῶν ἵεται. καὶ μάχης αὖθις καρτερᾶς A. 11. δὲ G. διαστήματος G. τούτους διώκοντας ὁ αὐτοκράτωρ εἶδε G. 17. ἐκέλευσεν G. 18. lege διεστήτην. an respexit Hom. Il. I, 6.? 19. γὰρ om. A. 20. οἱ δὲ: οὕτω μὲν οὖν οἱ σκύθαι A. 21. βουλγαροφύτου A.

mis, ubi aciem instruxit, in declivitatem collis descendit. dein ordinibus fronti Scytharum oppositis, constitit, ut pugnam, quantum posset, committeret. ipse mediam tenuit aciem. pugna atroci commissa, Romani praeter spem victoria potiti, barbaros acriter persequebantur. verum ubi satis longe hos insecutos imperator vidit, veritus, ne forte insidiae repente in Romanos coortae non solum fugam Scytharum sisterent, sed adiunctis etiam, qui fugiebant, magnam exercitui Romano cladem inferrent, crebro obequitans suos, ut subsisterent equisque requiem darent, admonuit. sic illo die uterque disiunctus est exercitus, Scythis fugientibus, imperatore victoriae compote manifestae in castra redeunte. Scythae funditus victi, Bulgarophygum inter et Nicaeam parvam castra posuerunt. hieme autem iam ineunte, imperator in urbem revertendum statuit, quo et se et maiorem exerci-

καταλαβόντος, δεῖν ἔγνω ὁ αὐτοκράτωρ εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανελθεῖν, ἐφ' ᾧ ἑαυτόν τε καὶ τὸ πλέον τοῦ στρατοπέδου τῶν πολλῶν ἀγώνων ἐπανακτήσασθαι. διελόμενος οὖν τὰς δυνάμεις, καὶ εἰς ἀντίπαλον μοῖραν ἀποκρίνας, ὁπόσοι εὐψυχότεροι τοῦ παντὸς ἦσαν στρατεύματος, ἡγεμόνας τούτων τόν P. 218 τε Ἰωαννάκην καὶ τὸν Μαυροκατακαλὼν Νικόλαον προεβάλλετο, περὶ ὧν πολλάκις φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσεν, ἐντειλάμενος αὐτοῖς ἐν ἑκάστῳ μὲν τῶν πολιχνίων ἀποχρῶντας εἰσαγαγεῖν στρατιώτας εἰς τὴν αὐτῶν φρουράν, πεζοὺς δὲ ἐξ ἁπάσης τῆς χώρας μετὰ ἁμαξῶν καὶ τῶν ταύτας ἑλκόντων βοῶν ἐξελάσαι. βουλόμενος γὰρ ἔαρος ἐφισταμένου τῆς κατὰ τῶν Σκυθῶν καρτερώτερον ἀνθέξεσθαι μάχης, προεμελέτα τε καὶ ἠὐτρέπιζε τὰ συνοίσοντα. οὕτω γοῦν ἅπαντα δεόντως διαθέμενος, ἐπανέρχεται πρὸς τὸ Βυζάντιον.

2. καὶ τὸ στρατόπεδον A. 3. ἀγώνων : καμάτων A. ἐπανακτήσασθαι, τὸν Ἰωαννάκην καὶ τὸν μαυροκατακαλών, ἡγεμόνας ἐν τοῖς κατὰ δύσιν ἐάσας μέρεσιν, ἐντειλάμενος αὐτοῖς ἀποχρ. εἰσαγαγεῖν στρ. εἰς τὴν τῶν ἐκεῖσε πολιχνίων φρουρὰν A. 6. Ἰωαννάκην A, Ἰωάννην PG. 7. ὁ λόγος φθάσας G. 8. ἐν om. G. εἰσάγειν G. 12. καρτερώτατα G. 13. δεόντως add. A.

tus partem ex multis laboribus reficeret. copiis igitur bifariam divisis, qui alacriores erant totius exercitus milites, eos, ut hostem propulsarent, selegit. his praefecit Iohannacem et Maurocatacalonem Nicolaum, quorum saepius supra mentionem fecimus, mandans, ut idoneis oppida praesidiis firmarent, pedites autem ex universa regione cum plaustris eaque trahentibus bubus abducerent. nam vere insequente bellum adversus Scythas maiori vi instauraturus, providit iam et paravit, quae sibi profutura opinabatur. tali modo rebus probe dispositis, Byzantium revertitur.

ΑΛΕΞΙΑΣ Η.

ALEXIADIS LIBER VIII.

ARGUMENTUM.

Imperator ad Choerobacchos cum Patzinacis proeliatur (1). *victoria potitus, Cpolin redit* (2). *hostibus nihilominus insolenter ad urbem usque excurrentibus, imperator Aenum movet* (3). *castra ad Lebunium metatur* (4). *Comanorum adventantium ope Patzinacae delentur* (5). *Comani clam discedunt; ipse Byzantium repetit* (6). *Arieba et Ubertopulus coniurationis poenas dant. Iohannes Comnenus, Dyrrhachii praefectus, insimulatur proditionis* (7). *quo crimine, intercedente Isaacio patre, ab imperatore liberatur* (8). *Gregorii Gaurae coniuratio* (9).

P. 221 1. Μεμαθηκὼς δ' αὐτοκράτωρ, ὡς ἀπόμοιράν τινα οἱ
V. 175 τῶν Σκυθῶν ἡγεμόνες ἀπολεξάμενοι κατὰ τῶν Χοιροβάκχων ἐξέπεμψαν, καὶ προσδόκιμος ἡ τούτων ἄφιξις ἦν, ὁποῖος ἐκεῖνος θερμουργὸς περὶ τὰς ἐγχειρήσεις κἀν τοῖς αἰφνιδίοις ἀεὶ

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ βιβλίον η' AG. 1. *Μεμαθηκὼς: Ἔνθα* (leg. *μαθὼν*) *πάλιν τοὺς σκύθας εἰς χοιροβάκχους σκηνώσαντας, καὶ ἀπειροπληθεῖς ὄντας, ὡς καὶ μέχρι τοῦ δεκάτου φθάσαντας, καὶ πάντα ληϊσαμένους· ἐξελθὼν τῆς πόλεως κατὰ τὴν παρασκευὴν τῆς ἀπόκρεω καὶ ὡσεὶ πεντακοσίους μόνους τῶν οἰκείων μεθ' ἑαυτοῦ ἐκλεξάμενος,* (excidit *ὁπλίσας*) *ἑαυτὸν ὁ βασιλεὺς σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτόν, ἐντὸς τοῦ κάστρου τῶν χοιροβάκχων εἰσεληλύθειν* (leg. *εἰσεληλύθει*) *νυκτός. καὶ κλείσας τὰς πύλας* A.

1. **I**mperator ubi didicit, Scytharum duces selectam copiarum partem adversus Choerobacchos misisse, earumque iamiam instare adventum, ut erat alacer atque in subitis etiam periculis nunquam non paratum se praebens, licet septimum nondum diem in regia transe-

ὡς προπαρεσκευασμένος δεικνύμενος, μήπω ἑβδόμην ἡμέραν ἐν τοῖς βασιλείοις διαναπαυσάμενος, μηδὲ βαλανείου τυχών, μηδὲ τὸν ἐκ τοῦ πολέμου κονιορτὸν ἀποτιναξάμενος, παραχρῆμα τοὺς ἐπὶ τῆς φρουρᾶς τῆς πόλεως τεταγμένους καὶ B ὁπόσοι νεόλεκτοι, ἀναλαμβάνεται ὡσεὶ πεντακοσίους τὸν ἀριθμόν, καὶ ὁπλίσας δι' ὅλης νυκτός, κατὰ τὸ περίορθρον ἔξεισι. τηνικαῦτα δὲ δήλην καθίστησι τὴν αὐτοῦ πρὸς τοὺς Σκύθας ἐξέλευσιν. τοῖς δὲ ἐξ αἵματος καὶ ἀγχιστείας προσήκουσιν αὐτῷ συγγενέσι καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπόσοι τῆς μείζονος τύχης ἦσαν καὶ τῷ στρατιωτικῷ συντάγματι συγκατειλεγμένοι, (παρασκευὴ δὲ ἦν ἡ τῆς ἀπόκρεω) ταυτὶ διὰ τῶν ἀποστολέων παρακελευσάμενος· ὡς ἄρα γοῦν "ἐγὼ μὲν ἄπειμι τὴν τῶν C Σκυθῶν κατὰ τῶν Χοιροβάκχων ὀξεῖαν μεμαθηκὼς κίνησιν, ὑμεῖς δὲ ἀλλὰ κατὰ τὴν ἑβδομάδα τῆς τυροφάγου στρατεύσατε πρὸς ἡμᾶς. τὰς γὰρ μεταξὺ τῆς τε παρασκευῆς τῆς ἀπόκρεω καὶ τῆς τυροφάγου δευτέρας ἡμέρας ὑμῖν ἐφίημι εἰς μικράν τινα ῥαστώνην, ὡς μὴ βαρύς τις καὶ ἀδιάκριτος δόξαιμι." ἐκεῖνος μὲν οὖν παραχρῆμα κατευθὺ Χοιροβάκχων ἤλαυνε, καὶ εἰσελθὼν κλείει τὰς πύλας· τὰς δὲ κλεῖς αὐτὸς ἀναλαμβάνεται. εἶτα τοὺς εὔνους ἅπαντας τῶν θεραπόντων περὶ τὰ κρήδεμνα καθίστησι τοῦ τείχους, ἐγκελευόμενος μὴ D

1. post ἡμέραν add. P ἑαυτὸν, om CG. 8. lege ἐξέλευσιν τοῖς τε ἐξ. 9. συγγενέσιν P, συγγενέσι G. 10. στρατιωτικῷ συντάγματι F, Ῥωμαϊκῷ στρατεύματι PG. 11. ἡ om. G. 15. τὰς : τὰ CG. τε om. G. 16. εἰς add. F. 17. τις om. G. 21. περὶ τὰ κρήδεμνα τοῦ τείχους ἐπαγρυπνεῖν ἐγκελεύεται, μή που A. ἐγκελευόμενος: παραγγείλας C.

gisset otiose, nec lavatione usus esset, nec pulverem bello collectum excussisset, tamen e vestigio et praesidiarios urbis milites et quicunque recens conscripti erant, convocat numero fere quingentos; quos cum nocte armasset tota, circa diluculum exit. tum demum adversus Scythas se proficisci palam ostendit, missis, qui cognatis affinibusque suis et ceteris, qui nobili loco nati militiae erant adscripti, (erat autem feria sexta ante dominicam carnisprivii,) haec nuntiarent: "equidem ego de repentina Scytharum in Choerobacchos incursione certior factus, eo iam proficiscor; vos tyrophagi hebdomade cum copiis auxilio mihi veniatis; quod enim temporis inter carnisprivii feriam sextam et secundam tyrophagi interest, id ad quietem vobis indulgeo paullulam, ne severior atque importunus videar." itaque ille recta Choerobacchos tendit, ingressusque oppidum obserat, clavesque ipse sumit. dein quos habuit fidos famulos, omnes in muri pinnis disposuit, cohortatus, ut segniter ne agerent, sed intente circumspiciendo caverent, ne quis civium muro ascenso colloquia cum

ἀναπεπτωκέναι, ἀλλ' ἐπαγρυπνοῦντας περιαθρεῖν τὰ τείχη, μή πού τις ἀνελθὼν καὶ προκύψας ὁμιλήσειε τοῖς Σκύθαις. ἀνίσχοντος δὲ τοῦ ἡλίου, καὶ οἱ ἐλπιζόμενοι τῶν Σκυθῶν καταλαβόντες κατὰ τὸν συγκεκολλημένον τῷ τείχει τῶν Χοιροβάκχων αὐχένα ἔστησαν. ἐξ ὧν τηνικαῦτα ἀποκριθέντες ὡσεὶ ἓξ χιλιάδες εἰς προνομὴν διεσκεδάσθησαν, ἐφθακότες μέχρις P. 222 αὐτοῦ τοῦ Δεκάτου, ὡσεὶ δέκα σταδίους τῶν τειχῶν ἀπέχοντος τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων· ἐξ οὗ, οἶμαι, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκτήσατο. οἱ δὲ λοιποὶ αὐτοῦ που διαμεμενήκεσαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀνελθὼν διὰ τοῦ τείχους εἰς τὰς ἐπάλξεις, περιεσκόπει τὰς πεδιάδας καὶ τοὺς βουνούς, εἴ που καὶ ἑτέρα δύναμις τούτοις ἔπεισιν, ἢ εἴ που λόχους καθίσαντες μελετῶσιν τὸν τούτοις ἴσως προσβαλεῖν ἐπιχειρήσοντα κατασχεῖν. ὡς δ' οὐδέν τι τοιοῦτον ἐθεάσατο, (περὶ δευτέραν τῆς ἡμέρας B ὥραν ὁρᾷ τούτους οὐ πρὸς μάχην ηὐτρεπισμένους, ἀλλὰ πρὸς τροφὴν καὶ ἀνάπαυσιν ἀποκλίναντας,) πλῆθος δὲ πολὺ τούτοις ὁρῶν καὶ τοῦ μετ' αὐτῶν κατὰ συστάδην μὴ κατατολμῶν πολέμου, ἐν δεινῷ ἐποιεῖτο, εἰ τὴν ἅπασαν ληϊσάμενοι χώραν, καὶ αὐτοῖς τοῖς τείχεσι τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων προσπελάσαιεν, καὶ ταῦτα αὐτοῦ ἐκεῖθεν ἐξεληλυθότος, ἐφ' ᾧ τούτους ἀποσοβῆσαι τῆς χώρας. μετακαλεσάμενος οὖν τοὺς ὑπ'

1. ἐπαγρυπνοῦντας C, ἀπαγρυπνοῦντας P, ἀπαγρυπνεῖν καὶ ἀθρεῖν G. 5. ὡσεὶ χιλιάδες ἓξ A. 11. ἕτεραι δυνάμεις CG. 12. ἢ add. A. καθίσαντες : ποιήσαντες A. 13. ἴσως τὸν τούτοις PG, recte A. ἐπιχειρήσαντα A. 14. τι om. G. περὶ — ηὐτρεπισμένους om. A. 16. τροφὴν A, τρυφὴν PG. ἀποκλίναντας τούτους ἑώρα, παραχρῆμα διὰ τῆς ἀπονενευκυίας A. τούτους CG. 17. lege κατασυστάδην. 20. ἐξεληλυθότος C, ἐληλυθότος PG.

Scythis sereret. oriente sole exspectatae Scytharum turmae collem muro Choerobacchorum adiacentem occupant. ex quibus ad sex millia selecti, pabulatum in omnem circa regionem excurrerunt, usque ad Decaton locum, decem fere stadia ab urbe distantem, unde etiam nomen traxit. ceteri in eo, quod dixi, iugo remanserunt. imperator, conscensis murorum pinnis, campos collesque lustrabat oculis, si forte et aliae Scytharum copiae adessent dispositisve insidiis eum, qui aggressurus esset, capere in animo haberent. tale quid ubi non animadvertit, (secunda diei hora Scythas vidit, nihil minus quam pugnam cogitantes, cibo se atque quieti dedere,) cum ingenti multitudine acie decernere non ausus, turpe existimabat, si omni late regione direpta, ipsis regiae urbis moenibus appropinquarent, praesertim cum ipse ad arcendas eorum incursiones inde egressus esset. con-

αὐτὸν στρατιώτας καὶ τὴν γνώμην αὐτῶν δοκιμάσαι βουλό- V. 176
μενος, ἔφη· "οὐ χρὴ ἀποδειλιᾶν πρὸς τὸ πλῆθος τῶν Σκυ- C
θῶν ἀφορῶντας, ἀλλ' εἰς θεὸν ἠλπικότας τὸν μετ' αὐτῶν συν-
άψαι πόλεμον, καὶ εἰ μόνον ὁμογνωμονήσαιεν, πέποιθα ὡς
ἡττήσομεν αὐτοὺς κατὰ κράτος." τῶν δὲ ἀπαναινομένων
πάντη καὶ πρὸς τὸν λόγον ἀναβαλλομένων, ἐκεῖνος εἰς φόβον
ἐμβάλλων πλείονα τοὺς αὐτοῦ καὶ ἀνεγείρων εἰς κίνδυνον,
φησίν· "ἐὰν οἱ εἰς προνομὴν ἐξελθόντες ἐπανέλθοιεν αὖθις
καὶ μετὰ τῶν παρόντων ἑνωθεῖεν, προὖπτος ὁ κίνδυνος. ἢ
γὰρ καὶ τὸ κάστρον παρ' αὐτῶν κατασχεθήσεται καὶ ἡμεῖς
παρανάλωμα φόνου γενησόμεθα, ἢ παρ' οὐδὲν ἡμᾶς λογισά- D
μενοι, ἴσως τοῖς τείχεσι τῆς πόλεως προσπελάσαντες, οὐκ ἐγ-
χωρήσουσιν ἡμῖν εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν εἰσελθεῖν, αὐτοῦ που
περὶ τὰς πύλας αὐτῆς αὐλισάμενοι. λοιπὸν κινδυνεῦσαι ἡμᾶς
χρὴ καὶ μὴ ἀνάνδρως ἀποθανεῖν. ἐγὼ μὲν οὖν ἤδη ἔξειμι
καὶ ὁπόσοι βούλεσθε, προεκδραμόντος ἐμοῦ καὶ ἐς μέσον τῶν
Σκυθῶν εἰσπηδήσαντος, συνέψεσθε, ὁπόσοι δὲ τοῦτο οὐ δύ-
νασθε ἢ μὴ βούλεσθε, μηδὲ τῶν πυλῶν ἐκτὸς γένησθε." πα- P. 223
ραχρῆμα γοῦν διὰ τῆς ἀπονενευκυίας ὡς πρὸς τὴν λίμνην
πύλης, ὁπλισάμενος ἔξεισι. καὶ παραδραμὼν τὰ τείχη καὶ
μικρὸν παρεγκλίνας, ἐξ ὀπισθίων τοῦ αὐχένος ἄνεισιν. οὐδὲ
γὰρ συνέψεσθαι τούτῳ διέγνω τοὺς μετ' αὐτοῦ πρὸς τὸν κα-

4. εἰ δὴ μόνον G. an ὁμογνωμονήσαιμεν? 7. an τοὺς μετ' αὐτοῦ? 8. εἰσελθόντες C. 10. καὶ prius C, κατὰ PG. 11. φόνου παρανάλωμα G. γενηθησόμεθα G. 20. καὶ alterum om. A. 22. συνέψεσθαι τούτῳ P in margine, συνάψαι τοῦτο PG.

vocatis igitur militibus, animum eorum exploraturus, "non decet, inquit, despondere animum, conspecta multitudine Scytharum, sed deo confidentes, pugnam committere; modo in eadem omnes sententia simus, certo spero, fore ut funditus eos vincamus." ad ea illi cunctari renuereque. tum imperator etiam maiorem suis iniecit metum, ac periculo eos excitans, "ad pabulandum, inquit, qui egressi sunt, si redierint, seque cum his, qui adsunt, coniunxerint, certum sane praesensque periculum erit. nam aut expugnabunt castellum, nobisque mors erit parata, aut pro nihilo nos putantes, ad ipsa urbis moenia accedent atque ab aditu nos intercludent, portis circumsessis. quare nil restat, nisi ut experiamur ultima et fortiter moriamur. ego certe iam egredior, et qui volet, praecurrentem me et in medios Scythas irruentem sequatur; quicunque id non potestis aut non vultis, nec porta egrediamini." itaque extemplo porta, quae ad lacum vergit, armatus exit, murosque celeriter praetergressus, postquam paullulum declinavit, a tergo iugum conscendit. nam ad apertum cum

τασυστάδην μετὰ τῶν Σκυθῶν πόλεμον. καὶ πρῶτος αὐτὸς δόρυ σπασάμενος, ἐς μέσους Σκύθας ἑαυτὸν ὤθησε, παίσας τὸν πρώτως αὐτῷ ὑπαντιάσαντα. ἀλλ' οὐδ' οἱ σὺν αὐτῷ στρατιῶται τῆς μάχης ἀπελείφθησαν, κἀντεῦθεν τοὺς μὲν πλείους ἔκτειναν, τοὺς δὲ καὶ ζωγρίαν ἦγον. εἶτα ὁποῖα ἐκεῖνος B μηχανᾶσθαι εἰώθει, τὰς τῶν Σκυθῶν ἐσθῆτας τοὺς στρατιώτας ἀμφιέννυσι καὶ τῶν Σκυθικῶν ἵππων ἐπιβῆναι κελεύει, τοὺς δὲ ἵππους τῶν στρατιωτῶν καὶ τὰς τούτων σημαίας καὶ τὰς ἀποτμηθείσας τῶν Σκυθῶν κεφαλὰς παραδούς τισι τῶν εὐνουστέρων, παραλαβόντας προσέταξεν εἴσω τοῦ κάστρου γενέσθαι ἀπεκδεχομένους αὐτόν. ταῦτα τοίνυν οὕτως οἰκονομήσας ἐκεῖνος, μετὰ τῶν Σκυθικῶν σημαιῶν καὶ τῶν τὰ Σκυθικὰ ἀμφία περιβεβλημένων στρατιωτῶν κάτεισιν ὡς πρὸς τὸν ἀγχοῦ Χοιροβάκχων ῥέοντα ποταμόν, ὅπου καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς προνομῆς ὑποστρέφοντας Σκύθας ἐνόμιζε διελθεῖν. οἱ δέ γε προνομεῖς ἐκεῖνοι θεασάμενοι τούτους ἱσταμένους ἐκεῖσε C καὶ νομίσαντες Σκύθας καὶ αὐτοὺς εἶναι, ἀφυλάκτως τούτοις προσπίπτοντες, οἱ μὲν ἀνῃροῦντο, ἄλλοι δὲ καὶ κατείχοντο.

2. Ἑσπέρας δὲ καταλαβούσης, (σάββατον δὲ ἦν,) ἐπανέρχεται μετὰ τῶν δορυαλώτων εἰς Χοιροβάκχους. καρτερή-

1. κατὰ σκυθῶν G. 5. πλείονας CG. ζωγρίας AG. ὁποῖος G. 10. παραλαβόντας om. A. non male. κάστρου χοιροβάκχου A. 14. ὅπου : ἔνθα A. 15. διελθεῖν ἤλπιζεν A. 16. γε add. A. 17. σκύθας καὶ αὐτοὺς A, καὶ αὐτοὺς σκύθας G, καὶ Σκύθας αὐτοὺς P. 18. προσπίπτουσι CG. ante οἱ μὲν add. PG καί, om. AC. ἄλλοι : οἱ G. καὶ om. A. 21. εἰς Χοιροβάκχους add. A.

Scythis proelium suos secuturos se non esse intellexerat. primus ipse stricto gladio in medios Scythas invehitur, et qui primus sibi obviam fit, prosternit; nec qui eum sequebantur milites, non omittunt pugnare. quo factum est, ut plerosque caederent, nonnullos etiam caperent. dein ut solebat dolos intendere, Scytharum vestibus suos induit, equosque Scythicos conscendere iussit; suorum equos et signa militaria una cum praecisis capitibus Scytharum hominibus certis asportanda in oppidum tradidit, dato negotio, ut se ibi praestolarentur. haec postquam ita constituit, ipse cum signis Scytharum militibusque, Scythicas indutis vestes, ad amnem prope a Choerobacchis descendit, qua traiecturos putabat Scythas istos a pabulando revertentes. qui cum hos ibi stantes conspicerent, Scythas et ipsos esse rati, incaute incurrunt: pars trucidantur, alii capiuntur.

2. Sub vesperam (erat autem sabbatum) cum captivis revertitur Choerobacchos, ubi posterum diem commoratur. illucescente altero die

